MISNAE PARS:

ORDINIS PRIMI

ZERAIM

TITULI SEPTEM.

Latinè vertit & Commentario illustravit
GULIELMUS GUISIUS.

Accedit Mosis Maimonidis *Præfatio in* Misnam
Edv. Pocockio *Interprete.*



OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO,
A. D. CIↃIↃCXC.

REVERENDISSIMO DOMINO

NARCISSO MARSH

Episcopo Fernensi

E. BERNARDUS Salutem.

GUISII *equidem nostri excessum apud te, Vir venerabilis, narrare mœrens malui. Nosti enim super cæteros omnes jacturam illam æstimare: imo vero, quantum forte ecclesiarum sollicitudo sinat, studiis consimilibus eandem sæculo restituere. Caremus ergo nos, dum crescit cœlum, viro ætate, genere, opibus, pietate, prudentia, doctrina, ac ingenii dotibus plane omnibus florente & ornatissimo. Ab historicis enim, quos amicus ille noster per rerum æva cuncta prosecutus est, sapientiam & morum lucem accepit: rationis vero robur & perfectionem, ea sane est certitudo, à scientiis mathematicis, doctissime Antistes, tuo etiam exemplo acquisivit. Quantum porro in philosophia idem eminuit, dicere sponte solent duo insignia hujus loci Collegia. Quantumque in Theologicis tantum ingenium tempore pauco potuit, dum semel iste iterumque ex eloquentiæ divinæ cathedra peroraret, tota sensit Oxonia, demirata est tota. Neque hæc satis tam raræ indoli. Omnium ferme gentium dialectos, quas tu calles aut ego discere vellem, sint molles asperæ ve, sint in propinquo aut ad Asiæ ultima remotæ, veluti fores insolitæ doctrinæ, familiares ille sibi*

& fere patrias labore incredibili reddidit. Omittam itaque ſermones Europæos, quos vel delicati homines tenere volunt, confabulationum avidiores quam ſcientiæ bonæ. Hic potius linguas illas magno opere adgreſſus eſt, unde Divinorum ſcriptorum phraſis, & è verbis ſenſus certius poſſet & luculentius explicari. Inde Arabum philologos, & præcipue poetas eorum, facundiæ antiquæ nulloque hoſte corruptæ magiſtros, aſſidue conſuluit. Ampliſſimus tunc noſtro aperuit ſtudiorum campus, & omni literatura Græcanica non fructuoſior, quis credat? ſed patentior. Penetrat dein vir admirabilis in Armeniorum ſapientiam: apud quos ſedes ultima navis Noachicæ, & Anglicanæ linguæ prima. Biblia adeo illorum ſacra, Liturgias, Lexica, Hiſtorias, cæteraque ignotiſſimi ſermonis excuſſit: unde poſſet LXX. Interpretum ſacrorum editio communior, quam adpellant, pluribus in locis reſtitui, necnon fides Chriſtianorum per Armenias ſincerius & fidelius declarari, quàm ſcriptores Græci amant: unde alia multa doceri, quæ cum illo viro mors propera ævo abſtulit. Prolixum profecto & moleſtum nimis eſſet, ejus viri literaturam omnem exotericam vel enarrando pervadere; Hebraicam, Samaritanam, Chaldaicam, Syriacam, Ægyptiacam, Æthiopicam. Eò itaque me vertam ipſe, quo Miſnicus ille libellus monet indicatque, quem typi Seldonii jam vetant perire; quanquam adeo vix uncia extet adfecti operis. Noverat autem vir ſapiens & Divinæ ſcientiæ ſtudioſiſſimus ad S. Biblia utriuſque Teſtamenti, ut dictio, ritus, mores, & præcepta eorum

rum recte intelligantur, valde multum conferre Juris Phariſaici corpus, quod Miſna ſive Deuteroſis vocatur. Id etiam à Lightfoto ad S. Evangelia magna cum laude demonſtratum viderat. Quapropter opus à multis promiſſum, atque ex parte ſtylo vario variorum editum, ab integro in ſermonem Latinum (hunc enim Græcumq; pariter cum eruditiſſimis calluit) converti placuit, & una quaſi facie nitoreque Theologorum Scholis commodo magno proponi. Viſum eſt ei præterea Reſponſa iſthæc prudentium ex Judæis Commentario novo, poſt Jarchium, Maimonidem, Bartenorium, ne Gemaræ geminæ molem ſuperaddam, exornare. Præſertim quia ex Helleniſmi ignorantia ſumma, multa & quidem ridicula peccaverant in Miſna Moſes ille Maimonis aliique omnes ſequioris ætatis Rabini: tum etiam non pauca ii reliquerant ex Arabum Syrorumque eruditione illuſtranda. Verumtamen ex illo fragmento grandis operis, quod nunc prodit, doloris cauſam gravem habemus, à tam nobili ſtudio, cui in pauciſſimis hujus temporis idoneus videbatur, vere ipſo vivendi ſcribendique eum fuiſſe abreptum. Quicquid etenim rarum & hominibus Chriſtianis fere inauditum à labiis Rabinorum horis creperis & ſubciſivis didicerat olim noſter Hieronymus, Quæſtionum quas nuncupat Hebraicarum argumentum, id ſane totum inter doctores Miſnæ Gemararumque, aut apud interpretes Chaldaicos offendo. Viderat equidem aliquando opus illud Miſnicum rector Bethleemiticus, volumen paulo minus, ita putabat æquus, quam fidei noſtræ Teſtamentum: verum difficultate argumenti ab

omni

omni tralatione abſtinuit. Guiſium tamen noſtrum ne id quantum Latinis auribus daret, vita deſtituit, non ingenium, non animi ardor, non digna & mire diffuſa eruditio. Quocirca in hoc literaturæ vulnere Alexium, virum Rabinorum in libris, inque aliis quos Rabini non norunt verſatiſſimum, atque Reformatæ Galliæ decus & apicem compellare juvat: ut corpus integrum δι περόντων, *quod jam olim tempore Antonini Caracallæ è Phariſæorum decretis miſeræ gentis patriarcha Judas maſſictis aut titulis variis collegerat, Latinis tandem verbis doctoribus Chriſtianis vellet exponere, & luctum Guiſianum labore tam opportuno mitigare. Maxime dum latent verſiones veteres Miſnæ; Græca quæ verſabat tempore Juſtiniani magni, & Arabica alius ſæculi. Inſuper de pietate ac moribus præclaris Gulielmi Guiſii amiciſſimi nobis viri abſtineo dicere. Magna quidem, imo multo maxima ejus gloria, ſiquid ego judico, in illis ſtetit, ſed privatior: familiarium forte & Academiæ unius admiratio & exemplum. Longius tamen ille magna mente cogitabat, deque futuris ætatibus bene mereri. Lexicon idcirco Armenium, Geographumena Abulphedæ principis, & Phariſæorum Pandectas ne is noſtri poſterorumque emolumento ederet, adfuit ſpes melior, adfuit æternitas: cui noſtra dum comparantur ſtudia, nugæ eſſe debent & joci, & ſtultitiæ propiora quam ſapientiæ. Manebit tamen ſemper, dum hoc manet ſpiratque pectus, amici tam docti dulciſque recordatio: illum ſæpe vultum reſpiciam: id conſtituam mihi meiſque exemplum ante cætera,*

tera, ut Deo placeamus & melioribus hominum: tam excellens ejus consuetudo fuit, tantus vitæ decor & reverentia. Nemo certe è millibus Oxoniæ integriori fama vixit: sine labe, sine oblatrante, virtutum ac scientiarum laude cumulatissimus. Charus propterea fuit, si quisquam alius, viris præcipuis ac nominis æterni, Johanni Fello Episcopo Oxoniensi, Thomæ Mareschallo Decano Gloceſtriæ, & Edvardi Pocockii (quicum habitat, ut scis, eruditio omnis Orientis) senectæ placidæ & venerandæ: quinetiam apud animum tuum, arbitrum certe integerrimum, semper ille dilectus & honorabilis apparuit. Vale, Vir beate, qui dum doctrina omni Guisiana mirificè excellis, cæteram tamen gloriam sanctitate vitæ malis vinci: atque apud Deum memor esto nostri.

Rabbi *MOSIS MAIMONIDIS* in *Seder Zeraim* Præfatio; in qua *Miſnæ* totiuſque operis *Talmudici* ratio redditur.

Cl. EDVARDO POCOCKIO interprete.

SCIAS omnia legis præcepta quæ à Deo ad *Moſen* magiſtrum noſtrum demiſſa ſunt, demiſſa ad ipſum fuiſſe una cum interpretatione ſua, eloquente Deo ipſi primum textum, deinde explicationem & interpretationem ejus, & quid comprehenderet textus iſte authenticus. Modus autem edocendi illa Iſraelem ejuſmodi erat qualem tibi deſcripturus ſum. Recipiente ſe [*Moſe*] in tentorium ſuum, primus ipſum conveniebat *Ahron*, cui textum ad ſe [cœlitus] demiſſum ſemel enarrabat, ipſumque ejus interpretationem docuit; illo deinde ſurgente, atque ad dextram *Moſis* ſe ſiſtente, ingrediebantur *Eleazar* & *Ithamar* filii ipſius, quibus etiam dictabat *Moſes* idem quod dictaverat *Ahroni*; tum ſurgentibus ipſis, cedentibuſque uno ad ſiniſtram *Moſis* Magiſtri noſtri, altero ad dextram *Ahronis*, ingrediebantur poſtea ſeptuaginta Seniores quos docebat *Moſes* eo modo quo docuerat *Ahronem* & filios ipſius. Ingrediebatur poſtea cœtus populi promiſcuus, omnis nempe quærens Dominum, quibus etiam idem recitavit, donec omnes ab ipſo [illud] audirent. Audierat autem jam *Ahron* à *Moſe* textum illum quater, filii ipſius ter, Seniores bis, reliquus cœtus ſemel. Deinde diſcedente ab ipſis *Moſe*, repetebat *Ahron* textum iſtum quem memoria tenebat à *Moſe* quater auditum, uti deſcripſimus, omnibus qui aderant: tum diſcedebat etiam *Ahron*: atque ita duo etiam *Ahronis* filii jam quater audierant [illud quod dictum eſt;] à *Moſe* ter, & ab *Ahrone* ſemel. Poſt *Ahronis* igitur diſceſſum repetebant *Eleazar* & *Ithamar* eundem textum, quem quater audierant, uti explicavimus, coram toto præſentium cœtu, atque à docendo ſurrexerunt. Atque hoc pacto factum eſt ut etiam ſeptuaginta ſeniores jam textum iſtum quater audierint, bis à *Moſe*, ſemel ab *Ahrone*, nec non ab *Eleazaro* & *Ithamaro* ſemel. Recitabant ergo & ſeptuaginta Seniores textum iſtum populo ſemel, ut & omnes quater illum audirent, primo à *Moſe*, ſecundo

ab *Abrone*, tertio à filiis ipſius, quarto à ſeptuaginta Senioribus, qui tum diſcedentes alii alios docebant illud, quod à Dei nuntio acceperant, textum autem voluminibus inſcribebant. Tum diſperſi ſunt primores populi per totum Iſraelem ad eos docendos atque inſtituendos, donec memoria tenerent textum illum, ejuſque lectionem callerent. Deinde docebant etiam illos interpretationem textus iſtius à Deo demiſſi, quæ ſenſus ejus univerſos contineret. Textum autem ſcripto, traditionem memoriæ mandabant; atque ita dicunt ſapientes (quibus pax) Lex quæ ſcripta eſt, & Lex quæ ore tradita. Dixerunt etiam in *Baraitha*, Et allocutus eſt Dominus *Moſen* in monte Sinai. Quid ſibi vult quod dicit In monte Sinai? Annon tota lex tradita eſt de Sinai? Verum hoc dictum eſt ut tibi indicet, quod ſicut præceptum de anno intermiſſionis cum generalibus, particularibus & minutiis quæ ad ipſum [ſpectant] datum ſit è Sinai, ita & reliqua præcepta cum generalibus, particularibus, & minutiis ſuis data ſunt è Sinai: e. g. tibi dicam quod dixerit ipſi Dominus, *In Tabernaculis habitabitis ſeptem diebus*, tum docuerit ipſum neceſſaria eſſe tabernacula iſta Viris, non fœminis, neque obligari ad ea ægrotos neque itinerantes, neque tecta ipſis de aliis [rebus] quam quæ è terra germinant [imponenda.] neque enim obtegenda eſſe vel lana, vel ſerico, vel vaſis, etiamſi ex iis quæ producit terra [confectis,] veluti ſtoreis aut veſtibus: nec non, edendum, bibendum, atque dormiendum in ipſis eſſe ſeptem dies integros, neque debere minus quam ſeptem palmas longitudine, ac totidem latitudine continere, altitudine autem non minus quam decem palmas, Veniens ergo Legatus Dei (c. p.) attulit [ſecum] hoc præceptum cum interpretatione ipſius; eodemque modo 613 præcepta una cum interpretationibus. Præcepta autem voluminibus inſcribebantur, expoſitiones ore tradebantur. Fine autem anni quadrageſimi, initio menſis *Shebat*, convocavit ipſos *Moſes*, (c. p) dicens, Appropinquavit jam tempus mortis meæ; ſi quis ergo traditionis alicujus à me acceptæ oblitus fuerit, accedens petat ut eam ipſi declarem, & ſi quæſtio aliqua cuipiam intellectu difficilis videatur, accedat ut eam ipſi explicem. Deut. 1. 5. Hoc eſt quod dicit Scriptura, *Voluit Moſes explanare legem iſtam, dicendo, &c.* atque ita dixerunt ſapientes in [libro] *Sifre*, *Si quis oblitus fuerit conſtitutionis alicujus veniat, & eam ſecundo audiat, & ſi quis opus habeat explanatione, accedat ut ipſi explanetur.* Traditionum ergo veritatem ab eo didicerunt, atque explicationes acceperunt toto illo temporis ſpatio, quod inter initium menſis *Shebat* & diem ſeptimum *Adar* intercedit. Cum autem jam prope eſſet ut moreretur, manum

deſcri-

deſcribendis libris admovens, tredecim exaravit legis exemplaria, in pergameno omnia, à litera *B.* vocis *Bereſhith* uſque ad *L.* vocis *Iſrael* [qua terminatur lex,] quorum ſingula ſingulis tribubus, quibus uterentur, diſtribuit, decimum tertium autem dedit Levitis, dicens illis *Accipite librum legis &c.* tum montem circa meridiem ſeptimi *Adar* (uti traditione vera acceptum eſt) conſcendit: Fuitque hoc *mors ejus* reſpectu noſtri, eo quod ipſo privati ſumus, at ipſius reſpectu *vita*, ob eum ad quem evectus eſt [gradum.] atque ita dixerunt [magiſtri] (q. p.) *Moſes Doctor noſter non eſt mortuus, verum aſcendit ut ſerviret* [*Deo*] *in excelſis.* Verum ſermo de his valde prolixus eſt, nec hujus loci. Mortuo ergo *Moſe*, cum *Joſuam* iis quæ ad ipſum demiſſæ fuerant explicationibus inſtructum reliquiſſet, *Joſua* ejuſque ſeculi homines ſecundum eas ſententiam dixerunt. Quicquid autem *Moſi* acceptum ferret ipſe aut ſeniorum aliquis, nulla de eo controverſia, nulla incidit diſſenſio, at ſi quid erat è ramis de quo nihil à *Moſe* acceptum fuerat, quid de eo ſtatuendum eſſet eliciebatur collatione, ope tredecim regularum quæ ipſi [*Moſi*] traditæ ſunt in Sinai; iſtis nempe tredecim argumentandi modis, quibus legis ſenſus eruitur. Eorum autem, quæ iſto modo eliciebantur, quædam erant de quibus nulla omnino incidit diſſenſio, cum unanimi omnium conſenſu recepta eſſent, alia vero de quibus accidit inter duas conjecturas diſcrepantia, prævalente apud unum quod ipſe opinatus fuerat, apud alium quod ipſe conjectando aſſecutus. Hoc enim inter ſententias, quæ è locis probabiliter argumentandi eruuntur, evenire ſolet. Accidente autem hujuſmodi diſſenſione in plurium ſententiam itum eſt, juxta Dei mandatum quo *ad plures inclinare* jubet.

Scias autem ad diſquiſitionem in explicanda lege, & eliciendis ope tredecim modorum conſectariis nihil conferre prophetiam, ſed quod fecerunt *Joſua* & *Phineas* reſpectu diſquiſitionis & ratiocinationis, idem eſſe quod fecerunt Rabina & Rab Aſhe. Quod ad excellentiam autem Prophetæ ſpectat eorumque quæ circa legem fecerit, cujuſcunque tandem generis fuerint, eſt illud certe magni momenti fundamentum ex iis quibus fundatur religio. Porro videtur mihi hic locus eſſe explicandi fundamentum iſtud, quod tamen fieri nequit niſi præmiſſa diſtinctione modorum quibus prophetiam ſibi vindicant Prophetæ, quaque ratione vera comprobetur prophetia. Cum hoc etiam magnum ſit fundamentum in quo errant, non ſolum univerſum hominum vulgus, ſed & potioris notæ non pauci. putantes ſcil. non credendum prophetiam ſibi vendicanti, niſi poſt editum miraculum par alicui è miraculis *Moſis* Doctoris noſtri, & neceſſe eſſe

ut ordinarium rerum curſum perrumpat, ſicut fecit *Eliah* in reſuſcitando viduæ filio, aut ut factum eſt in deprædicatis *Eliſhæ* miraculis. Regula autem hæc minime vera eſt, cum omnia quæ patrarunt *Elias*, *Eliſha*, cæterique Prophetæ, non in eum finem fecerint ut iis Prophetiam ſuam confirmatum irent: cum jam antea de ea certo conſtaret, ſed ea poſcente neceſſitate ediderint, cum pro ea qua apud Deum erant propinquitate, voluntatem ipſorum perfecerit, juxta
Jer. 22.28. illud piis promiſſum, *Et cum ſtatues verbum, ratum erit tibi.* Vera autem comprobatur prophetia eo modo quo hoc, quem exorſus ſum, ſermone deſcripturi tibi ſumus. Dico igitur, primo, canones in lege noſtra de prophetis traditos, ita ſe habere, ſcilicet eos, qui prophetiæ munus ſibi vendicant, in duo diſtingui genera, eorum qui in nomine Idoli, & eorum qui in nomine Domini vaticinantur. Prophetia autem in nomine Idoli duplicis rurſus eſt generis, primum cum ſurgens Propheta dixerit, Hujuſmodi ſtella influxu ſuo ſpirituali in me demiſſo, dixit, Hoc modo me colite, vel, hoc modo me invocate, nec non cum ad Idoli aut *Teleſmatis* alicujus cultum invitat dicens, Hoc mihi illud indicavit, hoc mihi nuntiavit, vel præcepit mihi ut juberem ipſum tali modo coli, quomodo facere ſolebant Prophetæ *Baal*, & Prophetæ *Luci*. Secundum, cum dixerit quiſpiam, venit ad me à Deo revelatio, colendum eſſe Idolum tale, aut ſpiritualem ejuſmodi influxum tali modo eliciendum (rationem interim aliquam cultus, & actiones aliquas deſcribens, quibus utuntur qui tali dediti ſunt cultui, quemadmodum inter fundamenta legis noſtræ traditur) hic etiam inter Prophetas Idololatricos cenſendus eſt, cum hoc nomen comprehendat non ſolum illos qui dicant ipſum Idolum ſe coli juſſiſſe, aut aliquid mandaſſe, ſed & eos qui dicant Dominum creaturæ alicujus cultum præcepiſſe. Cum igitur audierimus quempiam quolibet horum modorum, ſe Propheram venditaſſe, atque hoc manifeſto de ipſo probatum fuerit, debet ille ſtran-
Deut. 13.5. gulatione è medio tolli, ſicut dicit Deus, *Propheta autem ille, vel ſomnians ſomnium morte afficietur*; neque habebitur ratio [muneris] quod ſibi vendicat, neque requiretur ab ipſo ſignum; imo etſi miracula ediderit ad profeſſionem iſtam confirmandam, quibus nihil unquam magis mirum audivimus, nihilominus ſtrangulabitur, nulla miraculorum iſtorum habita ratione. Cauſa enim ob quam rata
Deut. fuerint iſta miracula ea eſt quam aſſignat Scriptura (dicens) *Quoniam*
13. 3. *tentat vos Dominus Deus veſter, &c.* Teſtimonium enim intellectus qui profeſſionem ejus falſi arguit, oculi qui miracula ipſius viderit teſtimonio firmius eſt, cum apud intellectu præditos demonſtratione certa

certa probatum ſit, non debere magnificari, neque coli præter unum qui omnia condidit, & ab omnibus perfectione ſumma diſtinctus eſt. Porro, qui in nomine Domini vaticinantur, duplici etiam ſunt in genere. 1. Cum quis in nomine Domini prophetans ad ipſum homines allicit, & ad eum colendum incitat, dicens, Deum præceptum aliquod præceptis ſuis addidiſſe, aut præceptum aliquod de numero eorum quæ continet liber legis detraxiſſe. Neque intereſt quicquam addiderit an abſtulerit, ſive iis quæ in textu legis habentur, ſive ipſorum explicationi traditione acceptæ. Uti ſiquidem addat vel detrahat iis quæ in textu habentur, hoc modo, Dixit mihi Deus, Spatium, quo pro præputiatis habendi ſint fructus, duorum tantum annorum eſſe, poſt quos fructibus ſativis veſci licitum: vel dicendo, Dixit mihi Dominus quatuor annis illicitum erit illis veſci, loco ejus quod dixit Dominus, *Tribus annis incircumciſi erunt vobis, &c.* atque ita in ejuſmodi aliis. Nec non ſi aliquam, quamcunque tandem in traditione mutationem fecerit, etiam favente ipſi textus litera. e. g. ſi dicat, dictum ejus in lege, *Et abſcindes manum ejus, non parcet oculus tuus*, de abſciſſione revera intelligendum eſſe, non autem de mulcta pudore [alium] afficienti conſtituta, prout traditione acceptum eſt; atque hoc prophetiæ acceptum ferat, dicens, dixit mihi Dominus dictum ſuum, *Et abſcindes manum ejus*, prout ſonat intelligendum: hic etiam ſtrangulatione tollendus erit, cum Propheta mendax ſit, Deo illud affingens, quod Deus ipſi non dixit; neque ejus ob ſignum aut miraculum ab ipſo patratum ratio habebitur; cum Propheta ille qui miraculis ſuis totum mundum ad ſtuporem adegit, cuique ut crederemus, fidemque haberemus infixit Deus cordibus noſtris (aſſerente ipſo Deo, cum dixit. *Et tibi credent in ſeculum*) jam antea nobis denunciaverit, non proditurum à Deo aliam ab iſta legis lationem. Atque hoc eſt quod dicit, *Non eſt in cœlis ipſa ut dicas, Quis aſcendet pro nobis in cœlum, &c.* Et quod dicit, *In corde tuo, & in ore tuo*, hoc innuens, vel ſententias quæ ore traduntur, vel concluſiones quæ ſpeculatione, (una ex potentiis è corde oriundis) eliciuntur, quibus etiam aliquid vel addi vel detrahi vetuit, dicens, *Non addes illi, neque diminues de eo.* Ideoque dixerunt Majores quibus pax. *Non eſt Propheta conceſſum ut aliquid ab iſto tempore immutet.* Cum ergo ſciamus ipſum in eo quod ſibi vendicat, in Deum mendacem eſſe, eique affingere quod ab ipſo non ſit illi dictum, neceſſe eſt ut eum morte afficiamus, declarante Scriptura dum dicit, *Propheta qui addiderit, &c. morietur Propheta ille.*

Deut. 25. 12.

Exod. 19. 14.

Deut. 4. 2. & 12 32.

Deut. 18. 20.

Secundo. Cum [quis] ad Deum [colendum] homines invitat, atque

que ad præceptum ejus cuſtodiendum incitat, nec non ut legem obſervent denunciat, idque citra additionem, vel diminutionem (ſicut
Mal. 4. 4. dixit ultimus eorum, *Mementote Legis Moſis ſervi mei, cui mandavi in Horeb ſuper omnem Iſrael, ſtatuta & judicia*) ei qui ipſam obſervaverit, bona promittens; at tranſgredienti pœnam interminans; uti fecerunt *Iſaiah, Jeremiah, Ezekiel*, cæterique: alia interim à lege præcipiens & prohibens. e. g. ſi dicat. *Expugnate nunc regionem iſtam*, aut *Sectam iſtam*: ſicut olim mandavit *Samuel Sauli* ut *Amalecum* occideret; aut [ſi quem] prohibeat morte afficere; ſicut *Eliſha* interdixit *Joramo*, ne exercitum *Hazaelis*, qui *Samariam* ingreſſus eſt, deleret, (uti notum eſt:) &, ut vetuit *Iſaiah* aquam intra muros derivari; &, ut interdixit *Jeremiah Iſraelitis* ne egrederentur extra *Jeruſalem*; cum ejuſmodi aliis. Cum ergo prophetiæ [munus] vendicaverit ſibi Propheta, ita ut illud Idolo alicui acceptum non ferat, neque Legi quicquam addat aut ſubtrahat, verum alias quaſdam inſiſtat vias, eo modo quo explicavimus, tum opus eſt, ut eum probemus, quo vocatio ipſius nobis ſit comperta; quoniam cum de alicujus vocatione conſtat, tenemur omnia quæ jubet, tam minoris quam majoris [momenti] præſtare; & quicunque tranſgreſſus fuerit aliquod ejus mandatum, tenetur morte per manus Dei [infligenda] ex dicto Domini de eo qui tranſgreſſus fuerit mandata Prophe-
Deut. tarum, *Ego requiram ab illo.* Quod ſi vera non comprobetur vocatio
18. 19. ejus, ipſe ſtrangulatione perimendus eſt. De veritate autem vocationis [Prophetarum] conſtabit hoc, quo deſcripturus ſum, modo. Scilicet, cum quis prophetiam ſibi vendicaverit, ſicut declaravimus, eoque idoneus fuerit; utpote qui fuerit doctus, religioſus, continens, intellectu & omni morum probitate præditus, juxta illam apud nos regulam, *Non reſidet prophetia niſi ſuper ſapientem, fortem, & divitem.* Multæ autem ſunt notæ ad hoc propoſitum ſpectantes, quas omnes comprehendere nequimus, & de quibus ſermone inſtituto ſingulas probare conari, allatis textibus è Sacræ Scripturæ dictisque Sapientum, *libr um* potius *integrum* per ſe requirerent. Qualem forſan [ut aliquando componamus,] cum omnibus quæ eodem ſpectant, auxilium ſuppeditabit Deus. Cum ergo idoneus huic muneri fuerit prout oportet, ipſumque ſibi vendicaverit, dicemus illi, *Ede nobis promiſſa, & refer nobis aliqua eorum quæ nota fecit tibi Dominus*; quo referente, ſi vera evaſerint promiſſa ejus omnia, hinc prophetiæ ejus veritatem percipiemus: quod ſi in aliquo ipſorum, vel minutiſſimo, mendax fuerit; hinc mendacem eum eſſe cognoſcemus: atque hæc expreſſa eſt legis de hujuſmodi probatione ſententia:

tia: *Et cum dices in corde tuo, Quomodo cognoſcemus verbum quod non locutus eſt Dominus, quod loquetur Propheta in nomine Domini, & non erit verbum, &c.* Quinetiam etſi verum dixerit nobis in uno aut altero promiſſo, nondum tamen certi erimus prophetiam ipſius veram eſſe, ſed manebit apud nos dubiæ fidei, donec veracitas ipſius in omnibus quæ à Deo refert, vicibus continuis exhibeatur: unde de *Samuele* dicitur, (Poſtquam notum ac certum fuerat quodcunque diceret, ratum fieri,) *Et novit omnis Iſrael à Dan uſque ad Beerſhebam quod fidelis eſſet Samuel in Prophetam Domino*; neque accidit illis non negotium aliquod de quo non ſciſcitarentur Prophetas. Niſi enim ita fuiſſet, ut prophetas de omnibus rebus ſuis conſulerent, non adiiſſet *Saul* in principio *Samuelem*, de eo quod amiſerat ſciſcitaturus. Minime autem dubium eſt ſic ſe rem habere, quoniam Deus Prophetas [mittendo,] fecit ne opus haberemus Aſtrologis & Divinatoribus & Ariolis; quoniam illos conſulere poſſumus de rebus noſtris, vel ſimul univerſis, vel diviſim ſingulis, ut nobis à Deo vera nuncient; ſicut iſti ea quæ forſan vera, forſan falſa, renunciant. Hoc eſt quod dicit Scriptura, *Quia gentes iſtæ, quas tu expellis, præſtigiatores & divinos audiunt; at tu non ſic: Dedit tibi Dominus Deus tuus Prophetam è medio tui, &c.* Atque has ob rationes appellabant Prophetam, *Videntem*; quod res futuras, antequam exiſterent, prævideret. Sicut dicit, *Quoniam Propheta hodie, antea appellabatur Videns.*

Deut. 18. 22.

1. Sam. 3. 20.

Deut. 18. 14

1. Sam. 9. 9.

Forſan autem [ita] apud ſe putet quis ac dicat, Num ergo ex veritate prædictionis eorum quæ eventura ſunt, vera cenſebitur Prophetia eorum qui eam ſibi vendicant? Si ita ſe res habet, poſſunt *Arioli, Aſtrologi*, omnibuſque potentiis animalibus præditi, arrogare ſibi prophetiam, cum quotidie oculis noſtris videamus futura prædicere. Atqui (novit Deus) hic locus eſt magni momenti, quem oportet ut explicemus, quo appareat differentia inter illas quas Propheta à Deo refert, eorumque, qui potentiis iſtiuſmodi præditi ſunt, prædictiones.

Dico igitur, *Ariolos, Aſtrologos*, atque ejus ſectæ homines prædicere quidem futura, ſed ita ut neceſſario partim vera partim falſa ſint; quod & perpetuo videmus, & confirment ipſi qui eas artes profitentur; neque negare poſſunt, dum hinc gloriam captant, ſi cujuſpiam mendacia pauciora quam alterius fuerit: ſed ut verum dicat quiſquam eorum in ſingulis, hoc impoſſibile eſt: neque id ſibi arrogant iis potentiis præditi; verum ubi dixerit quis, *Futuro eſt hoc anno ſiccitas*, nulla per eum cadente pluvia, ſi parum in eo pluat; vel ubi dixerit, *Cras pluet*, ſi poſtridie pluat, &c. habetur hic admodum

excel-

excellens, atque ex illuſtris famæ hominibus, quos celebrant hiſto-
Iſ. 47. 13. riæ. Atque hic eſt ſenſus ejus quod dicit *Iſaiah Babeli, Stent nunc & ſervent te ſpeculantes cœlos, contemplantes ſtellas, cognoſcere facientes menſes, ab iis quæ ventura ſunt ſuper te.* Et dixerunt ſapientes [*Me aſher, ab iis*] non [*Col aſher, ab omni quod.*] Non ſunt autem promiſſa Prophetarum ejuſmodi, ſed penitus vera, quorum non intercidit quicquam ſive parvum, ſive magnum, per totum ſeculorum decurſum in omnibus quæ nunciat Propheta quis à Domino: ideo ſi quando irritum fuerit eorum aliquod, noverimus eum mendacem. Atque hoc eſt quod dicit Scriptura. *Quoniam non cadet è verbo Domini in terram.* Quod & innuit *Jeremiah*, ubi [loquitur] de iis qui cum in ſomniis vera viderent, ea de quibus ita moniti fuerant, ac ſi prophetiæ eſſent, enarrarunt; dum eos reprehendens, & eorum præ-
Jer. 23. 28. textus labefactans, dicit, *Propheta cui eſt ſomnium narret ſomnium, & cui ſunt verba mea, loquatur verba mea in veritate. Quid palea cum tritico? dicit Dominus.* Cujus dicti ſenſum hunc reddunt Sapientes, quod prophetia quid purum ſit, nec admiſtum habeat falſi aliquid, inſtar frumenti à palea puri; at ſomnia, aliaque ejuſmodi indicia, mendacium habent admiſtum, inſtar paleæ, in qua grana quædam frumenti ſunt: unde dixerunt, *Sicut impoſſibile eſt ut ſit triticum ſine palea, ita fieri non poteſt ut ſit ſomnium abſque verbis falſis.* Supereſt autem hic locus magni momenti, qui explicatione indiget, ſcilicet, Quod ſiquis propheta mala populo merenti comminetur, e.g. famem aut gladium, aut inundatum iri ipſorum regionem, vel deſcenſura in illos fulmina atque ejuſmodi alia, quorum deinde nihil eveniat, verum remiſſo ipſis peccato res proſpere ſuccedant; non tamen inde conſtat de mendacio Prophetæ illius, ut Pſeudopropheta, qui morte mulctandus ſit, habeatur, quod pœnituerit Deum mali, cum forſan pœnitentiam egerint, aut à peccatis ſuis deſtiterint, aut diſtulerit eos Dominus pro longanimitate ſua, atque in aliud tempus rejece-
1. Reg. 21. 24. rit; (ſicut fecit *Achazo*, cui per *Eliam* dixit, *Non adducam malum in diebus ejus, in diebus filii ipſius adducam malum ſuper domum ipſius*) aut remiſerit ipſis ob merita antecedentia. Neque enim de hujuſmodi rebus loquitur cum dicit, *Neque fuerit res illa, neque eveniat.* Quod ſi bona tempore conſtituto eventura promiſerit, dicens, *Futuram hoc anno pacem*, evenerit autem bellum; aut *Futurum hunc annum pluvium & fertilem*, fuerit autem ſterilis & ſiccus, &c. erit hic Pſeudopropheta, de cujus prætextuum falſitate & mendacio conſtat. At-
Deut. 18. 24. que hic eſt de quo dixit Dominus, *Per ſuperbiam loquutus eſt illud Propheta, non timebis ab eo*, i. e. Non terrebit neque avertet te à cæde ejus,

ejus, religio, bonitas, aut ſcientia ipſius, cum per ſuperbiam magna profeſſus, falſa de Deo loquutus fuerit. Nam quoties Deus populo per prophetas bona promiſerit, fieri non poteſt, quin ea perficiat, ut ita prophetiam ipſorum apud homines confirmet: atque hoc eſt quod dixerunt [Majores noſtri] *Omne verbum quod prodierit ex ore Domini in bonum, etiam conditione addita, non tamen revocat.* Quod ad illud autem quod timeret *Jacob*, poſtquam ipſi Deus bona promiſiſſet, cum diceret, *Et ecce ego tecum, &c.* (invenimus enim illum timuiſſe perditionem, dicente [Scriptura] *& timuit Jacob valde*) dixerunt Sapientes, timuiſſe eum ne prævaleret ipſi peccatum, quo perditione dignus fieret: atque hoc eſt quod dicunt, Putavit forſan peccatum in cauſa futurum, &c. Oſtendit autem hoc, aliquando etiam promittente Deo bona, prævalere peccata, ne rata fiant bona ipſa. Scias ergo evenire quidem hoc in Deo & propheta; at ut jubeat Deus Prophetam bona populo ſimpliciter denunciare, quæ deinde [eventu] non confirmentur, hoc certe falſum eſt, quod fieri non poſſit; neque enim ſupereſſet locus unde dignoſceretur veritas Prophetiæ, cum ipſe in libro ſuo hanc nobis regulam dederit, dignoſcendum Prophetam ex veritate promiſſionum ipſius. Atque ad hanc regulam illuſtrem, digitum intendit *Jeremias* in contentione ſua cum *Hanania* filio *Aazuri*, ubi prophetat *Jeremias* de malo & perditione, futurumque ut *Nebuchadnezar* victoria potiretur, & ſuperior [pugna] factus templum vaſtaret, *Hananias* autem f. *Aazuri* bona annunciat, ſcil. reportatum iri in Hieroſolyma vaſa templi, quæ tranſlata fuerant *Babelem*; quare dixit illi *Jeremias* inter diſceptandum, Conſentaneum eſt fundamentis apud nos ſervatis, etiamſi non confirmetur vaticinium meum neque victoria potiatur *Nebuchadnezar*, nec reportentur vaſa Domus Domini, ſicut tu [futurum] affirmas, non tamen eſſe in his, quod me prophetam eſſe mendacem arguat, cum fieri poſſit ut Dominus miſereatur eorum; verum ſi non confirmetur dictum tuum, neque reducantur vaſa domus Domini, certo conſtabit illud quod tibi arrogas, falſum eſſe, neque certo conſtabit te prophetam eſſe, donec eventu comprobentur promiſſa iſta de bonis à te facta. Hoc eſt quod dicit, *Verumtamen audi nunc verbum hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus univerſi populi. Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te à ſæculo, & prophetaverunt ad terras multas & ſuper regna magna, de bello, & malo & peſte: Propheta qui prophetabit de pace, cum venerit verbum propheta, ſcietur propheta quem miſerit Dominus in veritate:* quo dicto innuit, quod ad prophetas illos qui prophetabunt de bono & malo, non conſtare ex malo quod Jer. 28. 7.

comminati ſunt, vere an falſo ſibi prophetiam arrogaverint, verum argumentum eſt veracitatis ipſorum, cum bonum quod promiſerunt, ratum fuerit.

Ubi vero de vocatione Prophetæ certo conſtiterit, juxta fundamenta præmiſſa, notæque fuerit famæ, ut in *Samuele, Elia.* &c. Prophetæ iſti conceſſum eſt, illud in Lege facere, quod alii nemini; illud nempe quod deſcripturus ſum, ſcilicet cum omitti jubet præceptum quodvis ex affirmativorum numero, aut perpetrari quicquam quod præcepta prohibent, neceſſe eſſe dicto ipſius per omnia parere, & quicunque tranſgreſſus fuerit illud, reum fieri mortis cœlitus infligendæ, cauſa Idololatriæ excepta. Atque hæc eſt ſententia Sapientum in *Talmude*, ubi dicunt, *In omnibus, Si dicat tibi Propheta, tranſgredere verba Legis, auſcultes ipſi, excepta Idololatria*; verum hac conditione, ne perpetuum velit eſſe mandatum iſtud, dicens præcepiſſe Dominum hac de re, ut ita fiat uſque in ſeculum, ſed tantum jubeat illud per occaſionem aliquam, nec niſi ad tempus deſignatum: quin & Propheta ipſe interrogabitur, quoties juſſerit mandatum aliquod, ex iis quæ præcepit Dominus per *Moſem*, tranſgredi, ſi interrogatus reſponderit tranſgreſſionem iſtam non fore perpetuam, ſed impræſentiarum tantum committendam, quemadmodum facere ſolet Senatus in ſententia ad breve tempus valitura. Sicut fecit *Eliah* in monte *Carmel* quando obtulit ſacrificium extra *Hieroſolyma* etiam poſt extructum illic Sanctuarium; quod quidem factum perpetratorem, abſque juſſu Prophetico, reum feciſſet excidii, utpote à Deo prohibitum in textu Legis, ubi dicit, *Ne forte offeras oblationes tuas in omni loco quem videbis*, pœna excidii conſtituta in eum qui ita faceret, quemadmodum dicit de eo qui extra [locum illum] obtulerit, *ſanguis imputabitur viro iſti, ſanguinem fudit, & excindetur vir ille è populo ſuo.* Quod ſi ab ipſo (c. p.) inter offerendum in monte *Carmel* quæſitum fuiſſet, quid dices, ſi inſtar hujus facti perpetuo fecerimus? dicturus fuiſſet, nequaquam hoc licere, atque illum qui extra *Jeruſalem* offerret, excidii pœna teneri: hoc autem jam factum, quo palam faciamus mendacium Prophetarum *Baal*, atque illud quod præ ſe ferunt, irritum faciamus. Nec non ſicut fecit *Eliſha*, cum juberet *Iſraelem* in expugnatione *Moabi*, arbores frugiferas excindere, dicens, *Et omnem arborem pulchram dejicietis*, cum Deus hoc facere vetuerit dicendo, *Non perdetis arborem, ſecurim ipſi admovendo*: quod ſi interrogatus fuiſſet *Eliſha*, num ſublatum eſſet hoc mandatum, liceretque nobis in poſterum arbores frugiferas excindere, cum loca quævis obſidemus? utique dixiſſet, Non licere, verum hoc impræſentiarum

Deut. 12. 13.

2. Reg. 3. 19.

ſentiarum tantum faciendum. Porro ut adducamus hic tibi exemplum, cujus ope hanc regulam omnibus præceptis accommodare poſſis, Si Propheta, de cujus prophetia certo apud nos conſtat, ſicut deſcripſimus, juſſerit nos die Sabbati omnes, tam fœminas quamviros, ſurgentes ignem accendere, quo paremus nobis inſtrumenta bellica quibus inſtruamur, ac loci alicujus incolas eodem die occidere, eorum opes diripere, & mulieribus ad libitum uti; oporteret nos qui *Moſis* legem accepimus, contra locum iſtum nihil cunctantes inſurgere, ſicut nobis præcepit, omniaque quæ ſuggeſſerit, expedite ac diligenter facere, ſine ſcrupulo aut hæſitatione, & credentes omnia quæ fecerimus ipſo Sabbati die, ſcilicet dum ignem accendimus, opera facimus, occidimus & pugnamus, præceptum eſſe, cujus ſperemus nos à Deo præmium [conſequuturos] quod auſcultaverimus mandato Prophetæ, cujus juſſui obedire [tenemur] vi præcepti, ſicut mandavit nobis Dominus per *Moſen*, *Ipſum audietis*, & per traditionem accepimus. In omni, ſi dixerit tibi Propheta, tranſgredere verba legis auſcultes ei, excepta Idololatria. quoniam ſi dixerit nobis, Colas hoc tantum die figuram [aliquam] aut ſuffitum facias ſtellæ iſti ad unam tantum horam, morte afficietur, neque ei auſcultabitur. Quod ſiquis, qui ſibi religionis ac probitatis cultor videtur, fueritque ſenex ætate provectus, dixerit, Cum ſimus ſenes, & tot annos vixerimus, neque unquam mandatum aliquod tranſgreſſi fuerimus, nunc tandem die Sabbati ſurgentes tranſgrediemur in re vetita ſub pœna lapidationis, & exibimus ad pugnam, quod ad me autem, ego nihil omnino [dicam vel faciam] & ſunt præter me qui ſufficiant, & magna hominum copia qui rem iſtam præſtare valeant; hic certe immorigerum ſe præbet verbo Domini, & reus eſt mortis cœlitus infligendæ, cum tranſgreſſus ſit illud quod juſſit Propheta, quia qui præcepit [obſervari] Sabbatum, præcepit etiam obſervari cujuſvis Prophetæ mandatum & decretum. Quique tranſgreſſus fuerit mandatum ipſius, ejus, quod commemoravimus, ſupplicii reus eſt, atque hoc eſt quod dicit Dominus, *Erit autem ut vir qui non auſcultaverit verbis meis, quæ loquetur nomine meo, ego requiram ab ipſo.* Interea tamen ſi quis nodum aſtrictiorem die iſto Sabbati, dum ea præſtat opera, nexuerit, cujus opus non ſit in re aliqua quæ conferat ad perficiendum illud à Propheta præceptum, reus eſt lapidationis. Quod ſi vel ipſe Propheta, qui nobis illa die iſto Sabbati facienda præcepit, dixerit, (& nos juſſui ſui obſequentes habuerit) *Eſt terminus* [itineris diei] *Sabbati* [præſcriptus] *uno minus bis mille cubitorum* aut *unius & bis mille*, atque hoc obtenderit indicatum fuiſſe ſibi

Deut. 18. 15.

per revelationem, non per viam disquisitionis, aut argumentationis, hic jam pseudopropheta est, strangulatione è medio tollendus. Juxta hoc ergo conjecturam sume de omnibus quæ præceperit tibi Propheta, & si qua reperies in Scriptura è mandatis Prophetarum, quæ contraria sint alicui Legis præcepto, clavis [tibi erit hæc regula ad ea omnia [intelligenda.] Atque hoc uno distinguitur Propheta ab aliis hominibus in Legis præceptis declarandis. Quod autem ad disquisitionem & argumentationem & intelligentiam in Lege, perinde se habet ac reliqui sapientes ejusdem cum ipso ordinis, qui prophetia instructi non sunt. Quod si cum interpretationem aliquam attulerit, aliamque afferat quispiam non Propheta, dicat Propheta ille, Dixit mihi Dominus interpretationem meam veram esse, non auscultabitis ipsi. Imo si vel mille Prophetæ, qui omnes sint instar *Elia* & *Elisha*, interpretationem afferant, sapientes autem mille & unus aliam illi contrariam, ad plures inclinandum est, & facere [tenentur homines] juxta sententiam sapientum mille & unius, non juxta sententiam mille Prophetarum illustrium. Atque ita dicunt Sapientes. Certe, si diceret mihi illud *Joshuah* filius *Nun* ore suo, non auscultarem illi, neque audirem illud ab ipso. Et similiter etiam dixerunt, Si venerit *Elias* & dixerit, discalceationem peragunt calceo; audiunt ipsum: sin sandalio non audiunt ipsum: quo innuunt non [fieri] ullo modo augmentationem in præcepto ex parte prophetiæ. Quod si prætenderit Propheta, dixisse ipsi Dominum sententiam in præcepto tali, tali modo ferendam, atque esse argumentationem τῦ δῶν veram, morte afficietur Propheta iste, quoniam Pseudopropheta est, juxta fundamenta à nobis posita, quia non est demissio [legis] post legatum primum, neque addere licet vel diminuere: *non est in cœlis*, neque remisit nos Dominus ad Prophetas, sed ad doctos argumentandi peritos, neque enim dixit, *Et accedes ad Prophetam*; verum dixit, *& accedes ad Sacerdotes, Levitas, aut ad Judicem, &c.* Perquam multa autem adduxerunt Sapientes in hanc sententiam; quæ certe vera est.

Cum autem moreretur *Joshua* (cui pax) quascunque traditione acceperat interpretationes, nec non quæcunque ipsius tempore in lucem prolatæ sunt sine ulla [inter Doctores] dissensione, & quæcunque cum de iis incidisset dissensio, ex plurium consensu decisæ sunt, commendatas reliquit Senioribus illis, de quibus dicit Scriptura, Jos. 24. 31. [*Et omnibus diebus seniorum qui post Josuam diu vixerunt.*] Deinde commendarunt seniores isti quæcunque traditione acceperant, Prophetis (q. p.) Et Prophetarum alii aliis, ita ut nullum esset sæculum in quo

quo non inquiſitum fuerit in ſententiam legis, & concluſiones inde elicitæ: Uniuſcujuſque ſæculi hominibus ſermones eorum qui ipſos præceſſerant pro fundamento ponentibus, unde concluſiones educerent atque elicerent. De fundamentis autem traditione acceptis nulla fuit diſſenſio uſque ad tempus virorum *Synagogæ magnæ*, qui fuerunt *Haggai*, *Zachariah*, *Malaci*, *Daniel*, *Hananiah*, *Miſhael*, *Azariah*, *Ezra Scriba*, & *Nehemiah f. Chacalia*, *Mordecai*, & *Zerubbabel fil. Shealtiel*, cum aliis qui hiſce prophetis conjuncti ſunt, quibus perficerent numerum centum & viginti ſeniorum ex inclytis & præcipuæ authoritatis viris, aliiſque ejuſmodi, qui etiam in ſententiam Legis inquirentes, uti fecerunt qui ante ipſos fuerant, decreta decreverunt & conſtitutiones ordinarunt. Ultimus autem virorum cœtus iſtius ſancti primus fuit Sapientum, quorum in *Miſhnah* fit mentio. ſcilicet *Simeon Juſtus* qui tunc temporis Sacerdos ſummus fuit. Poſt quos cum proceſſu temporis ventum eſt ad *Rabbenu Hakkadoſh* [Doctorem noſtrum ſanctum] cui pax, qui fuit ſeculi ſui Phœnix, atque unicum temporis decus, vir certe in quo [in unum] collegerat Deus dotes eximias & virtutes eas ob quas apud συγχόνες ſuos meritus eſt appellari *Rabbenu Hakkadoſh*, cum nomen ipſi eſſet *Judah*, quique in ſummo ſcientiæ & celſitudinis gradu conſtitutus fuit, ſicut dixerunt, *A diebus Moſis uſque ad Rabbi non vidimus Legem & nobilitatem ſimul* [conjunctas,] in ſummo etiam pietatis & humilitatis, & abſtinentiæ à voluptatibus gradu, uti etiam dixerunt, *Ex quo mortuus eſt Rabbi, ceſſavit humilitas & timor peccati*, hominum inſuper eloquentiſſimus & linguæ Hebraicæ callentiſſimus, adeo ut explicationem verborum legis difficiliorum è ſermone ſervorum & miniſtrorum ipſius diſcerent Sapientes, ſicut in *Talmude* manifeſtum eſt, cuique tanta fuit opum copia & rerum omnium affluentia ut de ipſo dicerent, *Præfectus ſtabulorum Ribbi ditior erat Sapore rege*, ipſe beneficentiam erga literatos, & ſtudioſos exercens, legem in *Iſraele* confirmavit, ſententiis, dictis, & differentiis ore traditis à *Moſe* uſque ad tempora ſua collectis, cum & ipſe ex iis eſſet qui ore tradita referebant: utpote qui referret quæ acceperat à *Simeone* patre ſuo, ut ille à *Gamaliele* patre ſuo, ille à *Simeone* patre ſuo, ille à *Gamaliele* patre ſuo, ille à *Simeone* patre ſuo, ille ab *Hillele* patre ſuo, ille à *Shemaiah* & *Abtalione* præceptoribus ſuis, illi à *Juda Tabbai* filio, & *Simeone Shatahi* filio, illi à *Joſua Pherakai* filio & *Nathan Arbelita*, illi à *Joſe Joezeri* f. & *Joſe Juchanani* filio, illi ab *Antigono Socenſi*, ille à *Simeone* juſto, ille ab *Ezra*, (quoniam ipſe è ſuperſtitibus Synagogæ magnæ fuit. *Ezra* vero à *Baruco Neria* filio,

præceptore ipſius, *Baruc* autem *Neria* f. à *Jeremia*, ut & *Jeremias* ſine dubio acceperat à Prophetis, qui alii ab aliis acceperant uſque ad Seniores, qui *Joſua* quæ ipſe à *Moſe* retulit accepta tulerunt. Collectis igitur ſententiis & dictis [iſtis] manum admovit componendæ *Miſhna*, quæ omnium quæ in Lege ſcripta ſunt præceptorum explicationem contineret, partim traditionibus à *Moſe* (cui pax) ore acceptis, partim conſequentiis argumentationum elicitis de quibus nulla eſt diſſenſio conſtans: partim concluſionibus circa quas contigit diſſentio inter duos argumentandi modos: quas ergo una cum iſta diſſentione recenſuit, [dicens] *N. ſic N. vero ſic dicit*: quod ſi quis pluribus contrarius fuerit, ſententiam ſingularis iſtius & ſententiam plurium retulit; quod ob cauſas fecit valde utiles quarum in *Miſhna* in tit. *Adayoth*, [ſeu de teſtimoniis] meminit, quas & ipſe commemoraturus ſum, ſed [explicato] prius magni momenti quod hic referre viſum eſt capite. Scilicet dicat forſan aliquis, Cum fuerint explicationes Legis (uti ſtatuimus) ore acceptæ à *Moſe* (juxta dictum eorum à nobis relatum, *Tota Lex cum univerſalibus, particularibus & minutiis ſuis dicta eſt de Sina*) quænam tandem ſunt ſententiæ iſtæ particulares quæ Conſtitutio *Moſis* è *Sina* audiunt? hæc ergo regula fundamentalis eſt quam tenere oportet, nempe, Quod de explicationibus, quæ *Moſi* acceptæ feruntur, nulla ſit omnino controverſia, cum huc uſque nullam omnino tempore aliquo à *Moſe* uſque ad *Rab. Aſhi* diſcrepantiam cuipiam ſapientum [ab aliis incidiſſe reperimus, adeo ut diceret quidam, Si quis oculum alteri
Exod. 21. 24. eruerit, ipſi oculus eruendus, eo quod dicat Dominus, *Oculus pro oculo*; alius autem, teneri tantum ad pretium ſolvendum. Neque invenimus illos in diverſas ſententias abiiſſe circa illud quod dixit
Levit. 23. 40. Dominus, *Fructum ligni decoris*, ut contenderet unus eſſe malum citrinum; alius, intelligi malum cidonium, aut granatum aut aliud ejuſmodi: ut neque de *arbore implexa*, ea ſcilicet intelligi *Myrtum*: neque controverſum reperimus de dicto Dei, *Et abſcindes manum ejus*, quin de mulcta pecuniaria intelligendum ſit: neque de dicto
Levit. 21. 9 ejus, *Et filia viri Sacerdotis cum ceperit fornicari patrem ſuum polluit, igne comburetur*: non neceſſario eſſe juxta hanc ſententiam, niſi cum nupta fuerit, ſtatuendum. Similiter eo quod decrevit Deus de illa apud quam non reperta fuerint ſigna virginitatis, ſcilicet lapidandam eſſe, non invenerimus in controverſiam vocatum inde à *Moſe* ad hoc uſque tempus, non eſſe hoc [intelligendum] de alia quam quæ vxor viri fuerit, & quam manifeſto probatum fuerit ſtuprum commiſiſſe poſt contracta ſponſalia, poſtquam adhibitis teſtibus admonita fuerit;

fuerit; & ſi qua hujuſmodi ſunt ex omnibus præceptis, nulla eſt circa ea controverſia, quia explicationes ſunt uſque à *Moſe* ore traditæ de quibus eorumque ſimilibus dixerunt, *Totius Legis tradita ſunt univerſalia & particularia de Sinai.* Quamvis autem ore tradita fuerint, ita ut nulla de iis ſit controverſia, nihilominus tamen verbo cœlitus demiſſo hoc proprium eſt, ut ex eo eruantur interpretationes iſtæ variis modis comparationum, allegationum, alluſionum, & indiciorum in textu occurrentibus. Cum autem videris eos in *Talmude* diſputantes, & diſſentientes in arena diſquiſitionis, & probationes afferentes ad [confirmandam] aliquam harum interpretationum ſimilium, e. g. cum dicunt, de dicto Domini, *Fructum arboris decoris*; forſan eſt iſte malum granatum aut cotoneum, aut alius quiſpiam fructus; donec probationem de eo ſumpſerint è dicto ejus *Fructum arboris*; dixerintque aliqui [innui] arborem, cujus & ligni & fructus eadem eſſet ratio; alii, fructum qui in arbore ſua ab anno in annum permanet; alius, fructum qui juxta omnes aquas creſcat: non hoc factum eſt quod res illis difficilis videretur, donec his probationibus eam confirmaverint; cum viderimus ſine dubio malum citrinum cum ramo palmæ quotannis à *Joſua* ad noſtra uſque tempora acceptum, nulla de hoc mota controverſia; verum quod indicium tantum quæſiverint hujus interpretationis ore traditæ quod è textu occurreret: eodem modo ſe habet probatio quam attulerunt de *myrto*; nec non ex qua confirmant, mulcta pecuniaria teneri eum qui ſocium ſuum membro aliquo privaverit; ut & ex qua oſtendunt filiam Sacerdotis, cujus ibi mentio fit, intelligi eam quæ viri uxor ſit: eodemque modo ſe habent reliqua his ſimilia; Atque hic ſenſus eſt dicti ipſorum, *Univerſalia ejus & particularia ejus.* i. e. Res, quas vides nos elicere [argumentis] ab univerſali & particulari [deſumptis] nec non reliquis tredecim modorum [argumentandi,] eæ traditæ ſunt à *Moſe* è *Sina*: quæ tamen nihilominus quamvis à *Moſe* traditæ, non appellantur *Conſtitutio Moſis è Sina.* Neque enim dicimus, [quod dicunt] *Fructus arboris decoris eſt malum citrinum,* eſſe hoc Conſtitutionem *Moſis* è *Sina*; aut ut *Qui Socium ſuum læſerit pecuniam numeret,* eſſe *Conſtitutionem Moſis è Sina*; cum hoc antea pro fundamento apud nos poſitum ſit, Interpretationes [iſtas] omnes à *Moſe* eſſe, & reperiri ipſorum indicia quædam in textu, aut inde modo aliquo concludendi (uti diximus) elici: Si quæ autem dicta ſint, quorum nullum occurrit in textu indicium, neque ullum habeant ab eo dependentiam, neque inde elici argumentando poſſint, de his tantum dicunt, eſſe *Conſtitutionem Moſis è Sina.* Ideoque

quando

quando dicimus *Shiurin*, i. e. Menſuras eſſe Conſtitutionem *Moſis* è *Sina*; & objicimus contra illud, dicentes, Quomodo hoc affirmas Conſtitutionem eſſe *Moſis* è *Sina*, cum videas ad [*Shiurin*] menſuras digitum intendi in Scriptura ubi dicitur, [*Terra frumenti, & Seorah* [*hordei*] &c. Reſponſio ad hoc eſt, eſſe hoc Conſtitutionem *Moſis* e *Sina*, neque eſſe ei fundamentum unde argumentando elici poſſit, neque indicium quo indigitetur, in tota lege: ad textum iſtum tantum referri ut ſit ei inſtar ſigni cujuſdam quo melius memoriæ infigatur & in ea retineatur, cum de intentione ſcripturæ non ſit. Atque hic dicti ejus *In Scriptura* [ad hoc] *alluſio vulgaris*, ubicunque occurrit, ſenſus eſt. Porro hoc loco ordine tibi exponam ſententiarum de quibus dicunt, eſſe eas, *Conſtitutionem Moſis è Sina* præcipuas, (imo fortaſſis omnes) ut appareat tibi ejus quod aſſerui veritas, ſcilicet non eſſe ex ipſis vel unam quæ argumentandi [modo aliquo] eliciatur, vel referri ad Scripturam poſſit, alias quam per modum alluſionis] ſive accommodationis] uti declaravimus: neque unquam compertum eſſe Doctores de ipſarum aliqua diſputaſſe, aut probationem aliquam attuliſſe, verum à *Moſe*, prout præcepit ipſi Deus, traditas fuiſſe. Hæ igitur ſunt. Dimidium *Log* olei ad ſacrificium Euchariſticum, & quarta pars [menſuræ] olei *Naziræo*. Et undecim dies, inter duas ſeparationes [menſtruæ] ſunt *Conſtitutio Moſis è Sina*. Paries, Continuatio [parietum prope ſitorum] & latus curvatum, ſunt *Conſtit. Moſis è Sina*. Menſuræ, Diſcrimina & interſepta, *Conſtitutio Moſis è Sina*. Salix & effuſio aquæ, *Conſtitutio Moſis è Sina*. *Tephilim* [ſcribendi] in membrana, & *Mezuzah* [alia ſpecie] membranæ, & liber legis ſuper pergameno, *Conſtit. Moſis è Sina*. *Shin* ☧ *Tephilim* & nodus ☧ *Tephilim* & lora nigra, & *Tephilim* quadrati, & foramen ☧ *Tephilim*, *Conſtit. Moſis è Sina*. Conſtringendos eſſe eos pilo, conſuendos nervis, *Conſtit. Moſis è Sina*. Scribendum librum legis atramento, & ductis lineis, *Conſtitut. Moſis è Sina*. Congreſſum cum puella nondum trienni non eſſe congreſſum, *Conſtit. Moſis è Sina*. Si quis in agro ſuo duas ſpecies tritici ſerens unam iis aream fecerit, relinquet angulum unum [pro pauperibus] ſin duas, duos angulos relinquet, *Conſtit. Moſis è Sina*. E ſeminibus hortenſibus quæ eſui appoſita non ſunt conjungi unam viginti quatuor [partium] cum menſura quæ ſufficit ad ſpatium menſuræ *Seah* capax,, [ad conficienda miſcella, *Conſtitut. Moſis è Sina*. Si decem plantæ diſperſæ fuerint in ſpatio menſuræ *Seah* capaci, ob eas arandum totum illud ſpatium, *Conſtit. Moſis è Sina*. [Si ſit] *Maſſa* orbicularis ficuum cujus pars polluta eſt, dant *Terumah*

de

de ea parte quæ munda eſt, *Conſtit. Moſis è Sina.* Præputium fructuum] ubicunque occurrit, *Conſtitutio Moſis è Sina.* [Ut] præceptor obſervet [ad lucernam Sabbati] unde pueruli legant, *Conſtit. Moſis è Sina.* Mulier accingenda ſuccinctorio ante vel à tergo, *Conſtit. Moſis è Sina.* Quod permittant vinum aſperum cum leni miſceri, *Conſtit. Moſis è Sina. Ammon* & *Moab* decimas pauperum anno ſeptimo ſolvere debere, *Conſtit. Moſis è Sina.* Ubicunque autem producetur aliqua harum conſtitutionum in ſequenti explicatione *Miſna*, eam loco ſuo explicabimus, adjuvante Deo. Juxta fundamenta ergo à nobis præmiſſa, diſtribuenda erunt judicia in lege poſita in quinque claſſes.

Claſſis prima, [complectitur] interpretationes quæ *Moſi* acceptæ feruntur, ad quæ in textu digitus intenditur, aut quæ inde argumentando elici poſſunt; atque de his nulla omnino movetur controverſia, verum ſtatim ac dixerit quiſpiam *ita traditione accepi*, litigationi finis imponitur.

Claſſis ſecunda ea [continet] judicia, de quibus dicitur [eſſe ea] *Conſtitutionem Moſis è Sina*, nulla autem probatione [nituntur] uti jam diximus, atque hæc etiam inter ea ſunt, de quibus nulla eſt controverſia.

Claſſis tertia ea [continet] judicia quæ variis ratiocinandi modis concluduntur, & de quibus controvertitur, uti diximus, & de quibus ſtatuitur juxta ſententiam plurium, uti præmiſimus, [atque] hoc quando obſcura eſt ſpeculatio, ideoque dicunt, *Si conſtitutio ſit* recipimus eam, ſin ſub judicio cadat, eſt quod reſpondeamus. Incidit autem controverſia, & diſputatio in iis de quibus nihil traditione acceptum eſt, quare invenies eos per totum *Talmudem* inquirere in modos concludendi, propter quas accidit differentia inter diſſentientes, ac dicere *propter quid contendunt*, aut *quanam eſt ratio* ꝛ̃ *N.* aut *quid eſt inter eos diſſenſionis?* Hæc enim hac ratione quibusdam locis adducunt ut oſtendant quid anſam præbuerit controverſiæ, dicentes: *N. tali dicto nititur*, *N. tali*: & hujuſmodi alia.

Quod ſi quis putaverit conſtitutiones iſtas de quibus controvertitur traditione etiam acceptas fuiſſe à *Moſe*, ortam autem eſſe controverſiam iſtam ex errore aut oblivione, dum alter verum retulerit, alter autem in narratione ſua erraverit, aut oblitus fuerit, vel non totum à præceptore ſuo acceperit quod accipere opportuit, & ſententiam ſuam probare velit ex iſto ipſorum dicto, *Ex quo multiplicati ſunt diſcipuli Shammai & Hillelis, qui non quantum opus eſt ſtuduerunt, multiplicatio eſt diſſenſio in Iſraele, & facta eſt lex quaſi duæ le-*

ges; hoc (novit Deus) dictu turpe & valde abſurdum eſt, & ſermo ejus qui, cum non recte res percipiat, nec fundamenta teneat, & de fama perſonarum quibus accepta fertur legis traditio detrahit: hoc ergo totum falſum, nec aliud eſt quod inducit homines ad falſam hanc opinionem fovendam, quam quod non recte perpendant verba Sapientum, quæ in *Talmude* reperiuntur, cum invenerint explicationem *Moſi* acceptam ferri, (quod verum eſt uti præmiſimus) nec diſtinxerint inter fundamenta traditione accepta, & conſequentias quæ [argumentando] eliciuntur. Tu vero quacunque tandem de re dubitaveris, hoc tibi extra dubium ſit, cum reperiatur inter diſcipulos *Shammai* & diſcipulos *Hillelis* differentia, cum dicant, *Everrendam eſſe primum domum, deinde abluendas manus*, aut *lavandas primo manus, deinde everrendam domum*, neutrum horum dictorum à *Moſe* traditione acceptum fuiſſe, neque de *Sina* relatum, cauſam autem differentiæ inter ipſos fuiſſe illud quod fertur; nempe quod altera harum [ſectarum] vetuerit populo terræ uti, altera permiſerit. Eodemque modo [ſe res habet] in omnibus hujuſmodi diſſenſionibus, quæ ſunt rami à ramorum ramis [profecti.] Quod ad dictum autem ipſorum, *Ex quo multiplicati ſunt diſcipuli Shammai & Hillelis, qui non quantum opus eſt ſtudio legis incubuerunt, multiplicata eſt diſſenſio in Iſraele*, ſenſus ejus valde perſpicuus eſt. Nam cum duo pares fuerint intelligentia, perſpicacia, & fundamentorum unde eruuntur conſequentiæ cognitione, non accidit inter eos, in iis quæ ratiocinando eliciunt, diſcrepantia; vel ſi aliquando contigerit, certe quam minima eſt: uti non reperimus unquam differentiam inter *Shammaum* & *Hillelem* niſi in particularibus quibuſdam ritibus; quod inde provenit, quia modus ratiocinandi quo uſus eſt uterque eorum, in iis quæ ratiocinando concluſerunt, valde admodum ſimilis erat; nec non fundamenta quæ apud unum conceſſa fundamentis, quæ pro conceſſis apud alterum habebantur, ſimilia: ubi vero elanguit diſcipulorum diligentia, & infirmata eſt ratiocinatio eorum præ ea quæ *Hilleli* & *Shammæo* præceptoribus ipſorum fuit, orta eſt inter ipſos, inter diſputandum, in multis rebus diſſenſio, cum eſſet ratiocinatio uniuſcujuſque eorum ſecundum menſuram intellectus ipſius, eaque quæ tenebat fundamenta: ipſi interim in his omnibus minime culpandi ſunt, quoniam non requirimus, cum duo inter ſe diſputant ut diſputent ſecundum intellectum *Joſua* & *Phineaſi*, neque ideo in dubio relinquimur, cum inter ſe differant, quod non ſint inſtar *Shammai* & *Hillelis*, vel aliorum qui ipſis præſtant; Deus Optim: Max: non in hoc obſequium noſtrum poſtulet; verum hoc à nobis requiratur

quiratur ut auſcultemus doctis, cujuſcunque tandem ſeculi, ſicut dixit [*Aut ad judicem qui fuerit diebus illis, & inquires, &c.*] Atque hoc modo orta eſt diſcrepantia, non quod erraverint in iis quæ tradita ſunt referendis, uno quod verum eſt referente, altero quod falſum. Quam perſpicuum autem eſt quod diximus animum advertenti! & quanti regula hæc in lege momenti?

Claſſis quarta [continet] decreta quæ ſtatuerunt Prophetæ & Sapientes ſingulis ſeculis ut ſepis & munimenti vicem legi præſtarent: atque hæc ſunt quæ juſſit Deus conſtitui terminis univerſalibus, cum dicit, [*Et cuſtodietis cuſtodiam meam*] quod, referente traditione [ſonat] *Facite cuſtodiam cuſtodiæ meæ.* Atque hæc ſunt quæ appellant ſapientes [*Gezeroth*] *Conſtitutiones.* Et in his etiam accidit diſcrepantia; dum uni viſum fuerit re aliqua interdicere, ob cauſam aliquam, alteri autem idem viſum non fuerit: ita frequenter in *Talmude* [occurrit] *R. N. ſtatuit, hac aut illa de cauſa. R. N. vero non ſtatuit.* Atque hæc etiam una eſt è cauſis diſcrepantiæ. Annon vides *Carnem volucris cum lacte* [non comedendam] conſtitutionem eſſe à Magiſtris noſtris ad homines procul arcendos à tranſgreſſione? cum non vetet lex præter carnem beſtiæ & feræ, at interdixerunt Sapientes carne volucris, ad remotius abigendos à re illicita. Suntque ex ipſis quibus non arridet hæc Conſtitutio; nam *R. Joſi Galilæus* permittebat carnem volucris cum lacte, adeo ut omnes incolæ illius regionis eam comederent, uti manifeſtum eſt in *Talmude.* Cum autem contigerit ut de aliqua hujuſmodi conſtitutionum inter omnes conveniat, tum eam tranſgredi nullo modo licet. Et cum paſſim notum ſit in *Iſraele* ea re interdici, non eſt ut in contrarium iſti conſtitutioni eatur, adeo ut vel ipſis prophetis non liceat de ea detrahere, juxta expreſſum *Talmudis* teſtimonium, quod *vel ipſe Eliæ non poſſit diminuere aliquam ex octodecim rebus quas ſtatuerunt Schola Shammai & Schola Hillelis*, & cauſam ejus reddiderunt dicentes, *Quia prohibitio ipſarum nota eſt per totum Iſraelem.*

Claſſis quinta earum eſt conſtitutionum quæ factæ ſunt per modum determinationis legalis & convenientiæ cum rebus quæ inter homines fieri ſolent, à quibus nec additur legi aliquid nec detrahitur: aut de rebus quæ hominibus uſui ſunt in præceptis legis [obſervandis;] atque hæc ſunt quæ appellarunt Sapientes *Ordinationes* & *Ritus*; quæ etiam nullo modo tranſgredi licet, cum inter totam [*Judæorum*] ſectam de iis conveniat; vetat autem *Salomo* ea tranſgredi, cum ait, *Si quis perrumpat ſepem, mordebit eum ſerpens.* Hujuſmodi conſtitutiones multæ admodum ſunt in *Talmude* & *Miſhna* memoriæ

proditæ, quarum aliquæ circa vetita & permiſſa [verſantur,] aliæ circa res pecuniarias, aliæ ordinationes ſunt à prophetis conſtitutæ, cujuſmodi ſunt conſtitutiones *Moſis*, *Joſuæ* & *Ezræ*. Quemadmodum dixerunt, *Moſes ordinavit Iſraeli, ut interrogent & diſquirant de ritibus Paſchatis in Paſchate, &c.* Dixerunt etiam, *Moſes ordinavit* [quæ] *ad alimentum* [ſpectant] *eo tempore quo deſcendit Manna*. Conſtitutiones autem *Joſuæ* & *Ezræ* multæ ſunt; ſunt & conſtitutiones quæ particularibus quibuſdam Sapientibus acceptæ feruntur, ut cum dicunt, *Statuit Hillel Prozbul* [ſeu Conſtitutionem de ſolvendo.] *Statuit Magiſter noſter Gamaliel ſenex*; *Statuit Magiſter noſter Johannes Zacchæi f.* ita & paſſim occurrit in *Talmude*, *Statuit Rabbi N. Statuit R. N.* Aliæ ſunt [rurſus] Conſtitutiones quæ toti cœtui acceptæ feruntur, ut cum dicunt, *In Uſa ſtatuerunt*: item, *Statuerunt Sapientes*, aut *Conſtitutio Sapientum*, Atque hujuſmodi, paſſim occurrunt. Omnes autem ſententiæ quæ in *Miſhna* recenſentur, in has quinque Claſſes diſtribuuntur, ut ſint ex illis interpretationes quæ *Maſis* nomine traduntur, ad quas in textu digitus intenditur, aut quæ ratiocinando elici poſſint; 2 Aliæ quæ ſunt Conſtitutio *Moſis è Sina*. 3 Aliæ quæ argumentatione eliciuntur, in quibus eſt diſcrepantia, 4 Aliæ Decreta. 5 Aliæ Conſtitutiones. Jam vero cauſa ob quam recenſuit diſcrepantiam, quæ contigerit inter duos concludendi modos, in rebus circa quas accidit diſſenſio, hæc eſt, quam tibi deſcripturus ſum. quod ſcilicet ſi receptas tantum ſententias, de quibus nulla eſt controverſia recenſuiſſet, nulla dictorum quibus non eſt praxis conformis habita ratione, fieri poſſet ut veniret aliquando poſt ipſum qui contrarium referret ejus juxta quod formatur praxis, vel ab ipſo qui ſententiæ iſti contradixit, vel ab alio qui idem cum illo ſenſerit, atque ita oriatur in animis noſtris ſuſpicio, ac diceremus, Qui fit ut tradat iſte, vir fide dignus rem talem vetitam eſſe, cum expreſſe de ea ſtatuat *Miſhna* quod licita ſit? aut è contra: at cum jam notæ ſint nobis ſententiæ [diſcrepantes] obſtructa eſt hæc rima, cum dixerit, qui majorum ſententias refert, Audivi hoc aut illud vetitum eſſe; reſpondentibus nobis, Verum dicis, atqui ex ſententia ℞ *N.* at totus cœtus contrarium ſtatuit: aut, ℞ *N.* contrarium aſſerit; &, praxis eſt juxta ſententiam ejus qui illi contradicit, vel quod melius argumentetur, vel quod aliud dictum quo ipſius ſententia confirmatur invenerimus. Cauſa autem cur ſententiam unius alicujus, & ſententiam [diverſam] plurium recenſeat, eſt, quod conſuetudo ſit juxta unius [iſtius] ſententiam; ac docere te voluerit, quod cum concludendi modus manifeſtus fuerit, et ſi

ab

ab uno profectus, recipienda ſit illius ſententia vel contradicente multitudine. Quod vero aliquando recenſeat ſententiam alicujus, deinde ab ea recedat, e. g. cum dicit, *Aſſecla Shammæi ita dixerunt, aſſecla Hillelis ita*: deinde, ſententia mutata, *Aſſeclæ Hillelis idem docuerunt quod aſſecla Shammæi*, cauſa eſt ut te doceat inquirendam eſſe veritatem, atque eligendum quod rectum: cum iſti Senes Magni, præſtantes, illuſtres, magna ſententia, atque intellectu perfecto præditi, cum tamen dicta ejus qui ipſis contradiceret meliora eſſe dictis ſuis & accuratius perpenſa animadverterent; mutata ſua, ipſius ſententiam amplexi ſunt; quanto magis reliqui homines, cum viderint veritatem ab adverſariis partibus ſtare, obſequentur, neque amplius pertinaciter contendent? atque hoc eſt quod dixit Dominus, *Veritatem, veritatem perſequeris*: & in eandem ſententiam Sapientes, *Confeſſionem præbe veritati*. i. e. Etiamſi poſſis te [è manibus opponentis] argumentis ſophiſticis eripere, cum tamen noveris ſermonem alterius (quem argumento tuo manifeſto premis, vel præ ipſius infirmitate, vel quod ipſe valeas [alias] in errorem inducere.) verum eſſe, in ipſius ſententiam, omiſſa contentione, deſcendas. Cumque jam in animo haberet librum iſtum ad hunc modum componere, viſum ipſi eſt ita eum diſtribuere ut ſex ejus partes conſtitueret; quarum pars Prima eſt de præceptis quæ obſervanda ſunt circa terræ fœtus, veluti de *Heterogeneis*, de *Intermiſſione*, de *Præputio*, de *Oblationibus*, *Decimis*, aliiſque *Debitis*. Secunda, de temporibus [anni] & feſtis, & circa ipſa obſervandis, & diverſis eorum ritibus, quid in iis vetitum ſit, quid gratum, quid permiſſum, & quæ unoquoque horum temporum ritus & præcepta, conjunctim præſtare deceat. Pars tertia, de mulieribus, & diſtincta jurum quæ inter viros & fœminas intercedunt explicatione, cujuſmodi literæ nuptiales ſunt, leviratio, diſcalceatio, ſponſalia, literæ repudii, & quæ dicenda ſunt in omnibus hiſce capitibus. Pars quarta, de judiciis & controverſiis quæ inter homines oriuntur in commerciis, pactis, commmuni jure fundorum, & ejuſmodi aliis. Pars quinta, de oblationibus, juxta diſtinctos earum ritus, & diverſis earum ſpeciebus. Pars ſexta, de purificationibus, & quæ ipſis contraria ſunt. Unamquamque autem harum partium *Seder*, i. e. *Ordinem* appellavit. Primam partem, *Seder Zeramin*, i. e. ſeminum. Secundam, *Seder Moed*, i. e. feſtorum. Tertiam, *Seder Naſim*, i. e. mulierum. Quartam, *Seder Nezikin*, i. e. damnorum. Quintam, *Seder Kodaſhim*, i. e. ſanctitatum. Sextam, *Seder Taharoſh*, purificationum. Ideo autem orſus eſt à *Seder Zeramin*, quoniam in eo continentur judicia

de præceptis quæ proprie ſpectant ad ea quæ producit terra. Cum terræ fœtus alimentum præbeant animalibus, neque fieri poſſit ut homo niſi alimento ſumpto in vivis conſervetur, Deum aliquo cultus genere colat, ideoque ſermonem de præceptis proprie ad ea quæ è terra naſcuntur ſpectantibus præmiſit: cui deinde adjunxit *Seder Moed*, quoniam is eſt textus Biblici ordo; ſicut dicit Dominus, *Et ſex annis ſeres terram tuam, & congregabis proventum ejus, in ſeptimo vero relinques eam & dimittes eam, &c.* & poſt, *Sex diebus facies opera tua*, &c. *Tribus vicibus feſtum ages mihi in unoquoque anno.* Deinde viſum eſt illi judicia de mulieribus reliquis litibus præmittere ſecuto veſtigia textus ſacri, quoniam ita fecit Dominus [dicens] *Cum vendiderit quiſpiam filiam ſuam, &c. Cum rixati fuerint viri, & percuſſerint mulierem, &c.* Deinde, *Et ſi cornu petierit bos, &c.* quare præmiſit *Seder Naſim*, τῷ *Seder Nezekim.* Hæc autem quatuor argumenta complectitur liber *Exodi*, ſcilicet argumentum *Seder Zerami*, *Seder Moed*, *Seder Naſim*, & *Seder Nezikin.* Tum à libro *Exodi* contulit ſe ad librum *Levitici* juxta libri cœlitus lati ſeriem. Poſt *Seder Nezikin* ergo poſuit *Kodaſhim*, deinde *Seder Taharoſh*, quoniam ita ſe habet ordo textus Sacri. Præmiſit autem judicia de oblationibus, judiciis de pollutionibus & purificationibus, quoniam [præcepta] de purificationibus initium habent à [lectione] *Fuit autem die octavo, &c.* Cumque jam complexus eſſet ſex genera iſta, ſub quibus comprehenduntur omnia præcepta [Legis;] viſum eſt ei partiri unumquodque eorum in eas Species quas oportuit (quarum unamquamque appellauit *Maſſicta*:) Deinde ea quæ de unaquaque ſpecie dicuntur in ſectiones, quarum unamquamque vocavit *Perek* [i. e. Caput.] Deinde ea quæ in unoquoque capite dicuntur in Sectiones quo facilius reddatur quod diſſeritur, tum ad memoria tenendum tum ad alios docendum: & unamquamque harum ſectionum minorum, nomivavit *Halacah.* Illa autem quæ dicta ſunt in *Seder Zeraim* diſpertitus eſt eo quo deſcripturus ſum modo: Orſus eſt primo à *Beracoth* [i. Benedictionibus] cujus rei cauſa eſt, quod Medicus peritus cum ejus qui bona utitur valetudine, valetudinem conſervare cupit eodem quo jam eſt ſtatu, primo loco recte parandum ipſius alimentum curat: viſum eſt ergo [Domino] iſti φιλανθρωπίᾳ initium ſumere à benedictionibus, cum non liceat cuiquam niſi præmiſſa benedictione edere, quare optimum illi viſum eſt ordiri à ſermone de benedictionibus, ut ita alimentum præparatione rationali præpararet. Deinde viſum eſt illi [quo caveret] ne ſermoni [ipſius] de re aliqua, quicquam deeſſet, de omnibus in univerſum benedictionibus,

ctionibus, quæ ad alimenta & præcepta ſpectant, loqui [Quare] cum nullum ſit præceptum quod unicuique quotidie incumbit, præter *Keriath Shema*, i. e. [*Lectionem Audi*] tantum, neque expediret loqui de benedictionibus *Lectionis Shema*, antequam deipſa lectione verba feciſſet, initium ſumſit à [capite] *Quando legunt lectionem Shema*; iiſque quæ cum ipſo conjuncta ſunt: deinde reverſus ad Ordinis ſcopum, qui eſt de præceptis ad terram ſpectantibus dicere, orſus eſt à *Maſſeceth Peah* [i. e. *anguli*] poſt eam de benedictionibus [præmiſſam;] quoniam omnia debita quæ pertinent ad ſemen, tum demum ad illud pertinent poſtquam demeſſum fuerit, excepto, *Peah* [i. e. angulo pauperibus relinquendo] qui de ſpica adhuc in terra manente debetur, ideoque ſermonem de eo primo loco poſuit: poſt *Peah* ſequitur *Demai*, de re dubia, quoniam & pauperibus ad eam jus eſt ſicut ad angulum. Juxta illud quod dicunt, *Edendum Præbent pauperibus illud de quo dubium eſt* [deſumptæ ſint inde decimæ annon.] Poſt *Demai* autem *Cilaim*. quoniam eo ordine procedit textus Scripturæ S. in [Sectione] *Sancti eritis, Non finies metere angulum agri tui*: & poſt illud, *agrum tuum non ſeres diverſo ſemine*. Deinde poſt *Cilaim* [ſubjunxit] *Shebiith* [i. e. de anno ſeptimo] Æquum autem fuerat, ut *Cilaim* ſequeretur *Maſſeceth Orlah*, [i. e. de præputio] quoniam is ordo eſt quem obſervat Scriptura S. niſi vidiſſet præputium non eſſe [quid] neceſſarium: quamdiu e. non plantatur non tenetur præputii [jure;] at annus ſeptimus neceſſarius eſt. deinde cum intermiſſio [anni ſeptimi] peculiari capite legis præcipiatur, ideo præmiſit ſermonem de Intermiſſione. Poſt *Shebiith* autem poſuit *Maſſeceth Terumah* [i. e. Oblationis] quoniam [oblatio] illa, ſcilicet *Terumah*, primum eſt, quod è ſemine deſumitur debitum: poſt *Terumah* autem *Maaſher riſhor* [i. e. tractatum de decimis primis;] quoniam poſt *Terumah* proxime deſumitur. Poſt *Maaſhor riſhon*, *Maaſher Sheni*, [i. e. de decimis ſecundis] ordine [ſuo.] Deinde *Maſſeceth Challah* [de placente;] quoniam poſtquam exempta fuerint de ſemine debita iſta, uti deſcripſimus, [ſcilicet *Terumah*, Decima prima, Decima ſecunda,] tunc immolito [frumento] fit ex eo farina quæ depſitur & tenetur placenta. Ubi autem abſolutus eſt ſermo de ſemine & ex eo debitis, cœpit ſermonem inſtituere de fructibus, ideoque poſt [tractatum] de placenta, locutus eſt de *Orlah* (i. e. præputio arborum.) Deinde de *Biccurim* (primitiis) eo ordine quem obſervat Scriptura S. [in qua] de *Orlah* [dictum eſt] in *Levitico*. De *Biccurim* in ſectione *Vehayah ci tabo*, atque ita pertingit partitio ſermonis de ſeminibus ad undecim tractatus. Tum pergens *Seder* Deut. 26.

Moed

Moed etiam in ſpecies ſuas partiri, ſicuti fecerat in *Zeraim*, primum locum tribuit tractatui de Sabbato, quod primas in excellentiæ gradu teneat, deinde quod ſeptimo quoque die [celebretur] atque ita ſæpius in temporis ſerie revertatur; quodque ab eo etiam orſa fuerit lex ubi primo [mentionem facit] feſtorum. Poſt Sabbatum autem [poſuit] *Erubim* [ſeu tractatum *de Commixtionibus*,] quoniam & ipſe ad intentionem Sabbati pertinet. Poſt eum *Peſachim* [ſeu tractatum *de Paſchate*,] quoniam illud præceptorum quæ præcepit Deus per *Moſen* primum eſt, idemque Sabbatum in ſectione de Feſtis ſequitur. Et poſt eum [tractatum] *Shekalim* [ſeu de *Siclis*,] juxta Scripturæ ordinem: deinde *Cippurim* [ſeu de *Feſto expiationis*] poſt *Shekalim*, juxta eundem ordinem, quoniam præceptum de *Siclis* eſt in [ſectione] *Ci Tiſſa*, & de die Expiationis, [lectione] *Achare Moth*. Tum perrexit ad ſermonem de tribus feſtis abſolvendum: cumque de Paſchate jam locuto de *Succoth* [tabernaculorum] & *Shebuoth* [ſeptimanarum] feſtis dicendum reſtaret, nec eſſet quod de feſto Septiman. diceret præter pauca quædam quæ cuilibet diei feſto conveniunt (ſuntque ea quæ *Maſſeceth Betzah* [i. e. ovi] conficiunt) tractatum *Succoth* tractatui *Betzah*, ob multitudinem præceptorum quæ ad [feſtum] Tabernaculorum ſpectant, præmiſit. Cumque jam non ſupereſſet ipſi quicquam de temporibus quorum mentio ſit in lege præter *Initium anni*, locutus eſt poſt *Betzah*, de *Initio anni*, atque ita finitus eſt illi ſermo de temporum [diſtinctionibus] quorum in lege fit mentio. Tum pergens ad tempora quorum mentio in libris Prophetarum (quibus pax) occurrit, quæ ſunt dies Jejuniorum à Prophetis inſtituti, ſermoni de *Initio anni* ſubjunxit ſermonem de *Taanioth*, [i. e. Jejuniis;] & *Taanioth*, de *Megillah*, [ſeu libro *Eſterù*, ſcilicet de feſto *Purim*;] quoniam [feſtum] iſtud Prophetarum qui poſteriores erant illis qui Jejunia ordinarunt, conſtitutio eſt, Tum poſt *Megillah*, *Moed kato* [ſeu, tractatum de feſto parvo] poſuit, quod ipſi cum diebus *Purim* commune quid ſit, [ſcilicet] quod in neutro ipſorum jejunare, ſeu luctui ſe dare liceat. Finito ergo de feſtivitatibus, iiſque quæ ad ipſas ſpectant, & quæ cum ipſis conjuncta ſunt, ſermone [ordinem] iſtum tractatu *Chagiga* [i. Feſtivæ comparitionis coram Domino] abſolvit, quoniam eſt iſte de iis quæ ad tria feſta pertinent: ideo autem ultimo loco hunc [tractatum] poſuit quod non ſit præcepti generalis, cum non ſpectet niſi ad maſculos; ſicut dixit Dominus, *Omnes mares tui*. Atque ita dictorum de feſtis diſtributio ad duodecim tractatus pervenit. Tum ad partiendum ſermonem de mulieribus pergens, orſus

Exod. 30. 12.
Levit. 16.

eſt

eſt à [tractatu] *Yebamoth*, [de fratriis;] cauſa autem quæ impulit ipſum ut à *Yebamoth* initium ſumeret, non à [tractatu] *Cetuboth* [de inſtrumentis contractuum matrimonialium] quem præmittendum docet ratio, inciperet, hæc eſt, quod ſcilicet matrimonium ſit res ſpontanea, neque in poteſtate Judicum ſit ut quempiam ad uxorem ducendam adigant; cum Levirationis jura præſtare cogatur [quis,] & dici ipſi [poſſit,] Aut calceum exuas, aut Leviri officio fungere, ordiri autem à re neceſſaria ſatius eſt. Quare ab *Yebamoth* incipiens, deinde ſubjunxit *Cetuboth*, & poſt *Cetuboth*, *Nedarim* [de votis,] Quia omnis diſquiſitio quæ ad ſectionem *Nedarim* [ſpectat] eſt de mulierum juramento; quemadmodum dicit, *Inter virum ad uxorem ejus, inter patrem ad filiam ejus, &c.* perfectis autem jam nuptiis & admiſſa in thalamum [ſponſa] penes [virum] eſt vota ejus irrita facere, ideoque *Nedarim* ſubjunxit [tractatui] *Cetuboth*. Tractatui autem *Nedarim*, *Neziruth* [de *Naziræatu*] quoniam *Naziræatus* etiam eſt è numero votorum, & ſi voto ſe ad *Naziræatum* obſtrinxerit fœmina, penes maritum eſt ut idem irritum reddat: quare poſt *Nedarim* ſtatim *Neziruth* collocavit. Finitiſque [quæ de] matrimonio [dicenda erant] & quæ inde pendent de irritis faciendis votis, dicere aggreſſus eſt de divortio; quia poſt matrimonium locum habet divortium, & *Gittin* [de libellis repudiis poſt *Neziruth* poſuit: poſt *Gittin* autem *Sotah* [ſeu de muliere declinante,] quin & hoc ſub divortio comprehenditur: cum ubi adulterium commiſerit [fœmina] compellantur conjuges ad divortium, prout loco ſuo explicabitur. Deinde poſt *Sotah*, *Kidduſhim*, [de Sponſalibus;] quo [tractatu] abſolvitur *Seder Naſhim*. Supereſt autem quæſtio, Quare ultimo loco poſuerit [tractatum] *Kidduſhim*, cum primo potius ponendus eſſet, & ante *Cetuboth* collocandus. Quod ſi reſponderis ipſum, eum tractatui *Cetuboth* ideo non præmiſiſſe ne [tract.] *Yebamoth* à [tract.] *Cetuboth* ſepararet, quorum ſcopus idem eſt, ſcilicet Maritatio, atque ita neceſſario continuandus fuerit de iis ſermo, uti diximus, at ſaltem ante *Gittin* ponendus [videtur] ut ita ordine rerum primus locus tribuatur [tractatui] *Kidduſhim*, deinde τῷ *Gittin*; reſpondendum [ergo] eſt, feciſſe ipſum hoc quo Scripturæ ordinem imitaretur, quæ prius de divortio loquitur quam de ſponſalibus, uti in illo quod à Deo dictum eſt. *Scribetque ei libellum repudii, & dabit in manus ejus, & dimittet eam è domo ſua, & egredietur è domo ejus, & ibit & erit viro alteri.* E dicto ejus [*eritque viro alteri*] didicimus, caput de capitibus ſponſalium, uti explicatur [iſto *Rabbinorum* dicto] *Comparat permanſionem ejus cum viro, cum exitu ejus.* Atque ita

abſoluta eſt partitio ejus ſermonis de mulieribus, ſeptem tractatibus.

Tum pergens partiri ſermonem de Damnis, illum in tractatu primo diviſit in tres partes, ortus à *Baba Kama* [i. porta prima] cujus ſcopus eſt diſquirere de damnis, eaque impedire: ut [e. g. in] Bove [cornupeta] puteo, incendio, vulnere & ſimilibus: neque [certe] Magiſtratum quicquam prius curare decet, quam ut damnum ab hominibus prohibeat. Sequitur *Baba Metzia* [ſeu porta media,] cujus ſcopus eſt diſquirere de prætenſionibus & depoſitis, de conductionibus, mutuatione, & elocatione, & quæ ad hæc referri convenit; juxta illud quod fecit Scriptura, quæ poſt judicia de bove cornupeta] & puteo, & incendio, & capite *cum litigaverint* viri, loquta eſt de quatuor cuſtodibus. Deinde *Baba Bathra* [porta poſtrema] cujus ſcopus eſt diſquirere quid de diviſione fundorum, & de judiciis quæ locum habent in ædibus communibus & vicinis, deque diſſolutione commercii ob vitium apparens, deque verbis quæ in vendendo & emendo adhibentur, quid ſtatuendum ſit, & de fide-juſſione, & hæreditatibus: hanc autem claſſem ultimo loco poſuit quoniam tota à traditione [pendet] eſtque de rebus quæ conjectura nituntur, neque in textu explicata ſunt. Cumque jam judiciorum [rationem] notam fecerat, ſermonem de judicibus qui eadem decernunt, inſtituens, ſubjunxit tract. *Baba Bathra* [tract.] *Sanhedrin*] [de judicibus.] Porro tractatus *Maccoth* [de plagis] in [quibuſdam] exemplaribus continuatur cum tractatu *Sanhedrin*, unuſque cum eo cenſetur, quoniam ubi dixiſſet, *Iſti ſunt qui ſtrangulantur*, continuo ei adjunxerunt, *Iſti ſunt qui vapulant*. Hoc autem recte non fit, verum ipſe ſeorſim tractatus eſt, qui connectitur quidem cum *Sanhedrin*, quoniam nemo denudare terga, & [plagarum] numerum conſtituere poteſt exceptis judicibus, quod à Domino dictum eſt, *Et proſternere faciet ipſum judex, & plagis cædet eum coram ipſo ſecundum menſuram impietatis ejus in numero.*

Deut. 25. 2.

Poſt *Maccoth* autem poſuit [tractatum] *Sheburth* [de juramentis,] quoniam inter finem iſtius tractatus & initium hujus ſimilitudo quædam in judiciis accidit, quemadmodum in *Talmude* memoratur; cui addendum, quod hoc etiam de quo hic agitur judicum ſit, cum nemo ad jurandum cogere poſſit præter judicem. Abſolutoque jam de judiciis & judicibus ſermone, deque iis in quibus proprie verſatur judicis officium, plagis ſcilicet & juramentis imponendis, loqui [pergit] de *Edajoth* [teſtificationibus] cujus tractatus ſcopus præcipuus eſt tradere omnes, quibus teſtimonium perhibuerunt homines

fide

fide digni, ſententias, cum ipſorum teſtimonium praxeos norma ſit, ipſumque judicii ſpecies quædam; teſtimonia enim coram judicibus proferuntur, eodemque modo unumquodque eorum dictorum prolatum fuit in conſiſtorio. Hunc autem tractatum poſt tractatum *Shebuoth* poſuit, quoniam juramenta res ſunt quibus perpetuo opus eſt; teſtimonia autem, declarationes deciſionum quibus cum certis quibuſdam temporibus perhibitum eſſet teſtimonium coram judicibus, ea admiſerunt. Ea deinde tradere aggreſſus eſt quæ ſtatuenda ſunt de Idololatria, quoniam & ea [ſcire] judici neceſſarium eſt, eoque perfectus evadit judex cum Idolorum iſtorum conſuetudines, & quæ ad eas requiruntur, calleat, ſciatque quid de illis ſtatuendum ſit. Siquidem qui *Saturnum* cultu *Veneris* colit, aut *Jovem* eo modo invocat quo invocandus eſt *Mars*, non eſt mortis reus, juxta illud quod vera traditione ad nos delatum eſt; ultimo autem loco hunc [tractatum] poſuit quoniam [de rebus eſt quæ] raro contingunt. Atque abſolutis jam omnibus quibus opus habet judex ſubjunxit [tractatum] *Aboth*, [i. de patrum ſententiis,] idque duas ob rationes, quarum prima eſt, ut notam tibi facere certitudinem allegationum, & traditionis, vere ſcilicet illam ſucceſſive [alios ab aliis accepiſſe,] ideoque deberi honorem viro docto, eumque gradu eminenti collocandum quod ad ipſum pervenerit traditio, quia ipſe ſeculo ſuo perinde eſt ac illi in ſeculis ſuis, atque ita dixerunt, *Num inquiremus in conſiſtorium Rabban Gamliel, &c.* dixerunt etiam *Samſon ſeculo ſuo*, ut *Samuel ſeculo ſuo*. Hoc enim docentur homines, ne dicat [quis,] num judicium τῦ δεῖνος amplectemur, aut conſtitutioni τῦ δεῖνος acquieſcemus? Neque enim ita ſe res habet, neque enim judicium τῦ δεῖνος, Judicis eſt, ſed Dei, qui illud nobis præcepit, ſicut dixit, *Quoniam judicium Domino eſt.* Eſtque judicium unum ab uno ad alterum per continuam temporis ſeriem traditum. Secunda ratio eſt, ut in hoc tractatu præcepta omnium Sapientum (q. p.) moralia referat, ut ab illis mores laudabiles addiſcamus. Omnium autem maxime his opus habet judex; ſiquidem Idiotæ, ſi non probe culti fuerint, non hoc omnibus, ſed ipſis ſolis nocet; at Judex, ſi non probe cultus & ſubactis moribus fuerit, perit ipſe unaque homines univerſos in perniciem trahit: ideoque primum quod in *Aboth* occurit eſt de inſtituendis judicibus, ſcilicet [*Eſtote tardi in judicio.*] Cum autem recte inſtructus fuerit Judex ea, quam docet tractatus *Aboth*, tarditate & lenta in judicando feſtinatione (quoniam ſi feſtinaverit forſan [occurret] in judicio iſto occultum quid, quemadmodum dicunt p. m. [ſapientes] *Judicium*

profundum quid eſt) [cavebit] etiam ne judicium, cum perſpectum habuerit nihil ſupereſſe in eo occulti, protrahat; hoc enim illud eſt quod appellatur *Afflictio judicii*; quin etiam multus erit in interrogandis teſtibus, & inter interrogandum cavebit ne arripiant è verbis ipſius quod ipſos ad illud quod volunt aſſequendum dirigat; neque litigantibus argumenta ſuggeret, quod qui [faciunt *ordinatores judicum* appellantur; neque ſe facile vulgo adjunget ne contemptui habeatur; neque difficilem ſeſe aditu præſtabit, ne pereat impotens; neque otia & delitias ſectabitur, ne omittantur quæ ab ipſo præſtari debent, & ad levitatem ipſum abducat concupiſcentia; nec aliis præire amet [aut] præceps [ſit] in ſententia ferenda, ne ſuſpectus evadat, & in pleriſque judiciis ſuis ad lites inter partes componendas inclinet. Quod ſi poterit Judex [efficere] ne omnino jus dicat tota die, aliter quam ut lites amice componat inter diſſidentes, certe hoc longe optimum eſt. Quod ſi nequeat [diſſidentes] inter ſe conciliare, jus dicat, ita tamen ne violenter agat; ſcilicet tempora longa condicat, & [illi qui reus perhibetur] ſe purgandi copiam faciat; imo vel ſi ſermonem protrahat, & inepta agat; quod ſi hoc efficere nequeat, juxta ipſorum allegationes, & quod ſibi viſum fuerit, decernat, prius quam ſe loco moveat, ſententiam ferens. Quemadmodum videmus [majores] (q. p.) feciſſe, dum [juberent] ligari manus, afferri flagra, inſtanter cædi, veſtibus nudari, ſcindi chirographa teſtibus confirmata, cum [cuipiam] ipſorum appareret in illis quod hoc neceſſarium faceret, cum aliis ejuſmodi multis: & de hujuſmodi ſeveritate dicunt, *Perforabit judicium montem.* Summatim, neceſſe eſt ut ſit Judex inſtar medici periti; quoniam medicus peritus, quamdiu mederi poteſt alimentorum ope, non utitur medicamentis; quod ſi viderit morbum fortiorem eſſe quam ut ſanari poſſit alimentis, medicamenta adhibet quæ proxime ad alimenta accedunt, qualia ſunt ſyrupi, & electuaria aromatica dulcia; quod ſi adhuc morbum invaleſcere perſpiciat, ita ut his rebus vinci & oppugnari non poſſit, fortioribus ad ſanandum utitur, ægroto ſcammoneum, medullam colocynthidis, aloen, & alia ejuſmodi medicamenta amara, ingrata, porrigens: ſic & Judex concordiam [inter partes diſſidentes] ſectabitur, quam ſi [efficere] nequiverit, cum lenitate judicabit, & litigantes verbis blandis excipiet: quod ſi hoc non poſſit ob alterius è litigantibus violentiam, & quod injuſte alterum vincere conetur [tum] illum vi adiget & coget, uti deſcripſimus. Porro inter ea quæ judicem decent eſt, ne multum mundo inhiet, aut amori divitiarum & eminentiæ, quemadmodum expreſſe

dicit

dicit Scriptura, *Odio habentes avaritiam*: dixeruntque Doctores p. m. *Rex judicio ſtabilit terram*, &c. *Si judex ſimilis ſit Regi qui nulla re indiget, ſtabiliet terram; at ſi ſimilis ſit Sacerdoti qui circuit horrea, vaſtabit illam*, Cum ergo requiratur in judice, ut moribus hiſce omnibus probe inſtructus ſit, quam opportune [tractatui] *Sanhedrin*, iiſque quæ ei adjuncta ſunt, ſubjunxit tractatum *Aboth*, qui inſtitutiones has omnes continet, additis aliis quæ perducunt ad abſtinendum à rebus mundanis, & ſcientiam doctoſque amplectendos, omniaque juſtitiæ & pietatis opera facienda. Cumque jam tractatum de moribus in judicibus [requiſitis] abſolverit, ad eorundem errores explicandos] pergit, quoniam non eſt quiſpiam natura humana præditus qui immunis ſit ab errore, quare poſt *Aboth* poſuit [tractatum] *Horaioth* [i. de documentis] quo *Seder Nezikin* clauſit: atque ita abſoluta eſt partitio ſermonis de Damnis, octo tractatibus.

Tum pergens Sermonem de *Kodaſhim* [i. Sanctitatibus] partiri, initium ab Oblationibus beſtiarum ſumſit, ſcilicet à tractatu *Zebachim* [de Sacrificiis.] tractatui autem *Zebachim* ſubjunxit tract.] *Menachoth* [de oblationibus ſic dictis] juxta ſeriem legis cœlitus demiſſæ; abſolutoque de [oblationum] ſanctarum mactatione rebuſque iiſdem annexis ſermone, pergit etiam de mactatione aliarum victimarum, juxta Scripturæ ordinem agere, quoniam poſt dictum ipſius. *Quia in loco quem eligit Dominus in una tribuum tuarum ibi offeres, &c.* addit, *Tantummodo omne quod deſiderat anima tua, mactabis*, Poſt [tractatum autem] *Menacoth* poſuit [tract.] *Cholin*, [de prophanis.] Poſt *Cholin*, *Becoroth*, [de Primogenitis,] ſcripturæ etiam ordinem ſecutus, cum poſt illum *Tantummodo omne quod deſiderat anima tua, &c.* dixerit, *Non poteris comedere in portis tuis decimam frumenti tui, muſti & olei tui, & primogenita bovis tui, & pecoris tui, &c.* abſolutaque diſquiſitione de perſonis ſanctis, aggreſſus pretia quæ etiam ſancta ſunt, [tractatui] *Becoroth* ſubjunxit *Eracin* [de æſtimationibus;] deinde [tractatui] *Eracin*, *Temurah* [de permutatione:] juxta ordinem ſcripturæ, deinde, ſtatutis quæ ſtatuenda erant de his ſpeciebus, ſubjunxit tractat. *Cerituth* [de exciſione] in quo omnia quæ obnoxia reddunt exciſioni præcepta recenſet, cum iis quæ ad illud argumentum pertinent. Cauſa autem quod hanc ſpeciem in ordine *Kodaſhim* poſuerit, eſt, quod ob quodcunque [peccatum] ſuperbe commiſſum tenentur [homines] pœna exciſionis ob idem ex errore commiſſum tenentur ſacrificio pro peccato, paucis tantum, prout ibi declarabitur, exceptis. Poſt *Cerituth* ſequitur [tract.] *Meilah* [de prævaricatione,] quoniam ea ob quæ tenetur quis obla-

tione *Meilah* [ſeu pro prævaricatione,] leviora ſunt iis ob quæ ſacrificium pro peccato offerendum eſt. Poſt *Meilah* autem tract. *Tamid* [de ſacrificio jugi] quem cæteris poſtpoſuit, quod non ſit in eo diſquiſitio legalis, neque liciti vel illiciti [determinatio,] ſed modus tantum quo offerri ſolebat ſacrificium juge deſcribatur, ut ita eodem modo ſemper peragi poſſit. Poſt *Tamid* autem [tractatus *Middoth* [de menſuris,] cujus non alius eſt ſcopus, quam ut menſuram Sanctuarii, ejuſque figuram, & ſtructuræ rationem deſcribat: cujus utilitas hæc eſt, ut cum poſt hac ædificabitur obſervetur in eo eadem figura, atque eadem proportio: cum proportio fuerit ab ipſo Deo accepta, ſicut dixit, *Omnia in Scriptura de manu Domini ſuper me intelligere fecit, &c.* cum autem jura de oblationibus animalium, omnibuſque quæ iiſdem annexa ſunt, nec non domus in qua offerebantur iſtæ oblationes deſcriptionem abſolviſſet, his tractatum *Kinnim* [de *Nidis*] ſubjunxit, cujus univerſa intentio non eſt alia quam ut ritus de mixtionibus avium, cum miſceantur oblationes avium aliæ cum aliis, tradat, ultimo autem loco hunc poſuit quoniam eſt [de] re non prorſus neceſſaria, quia vel commiſceri Poſſunt vel non commiſceri. Deinde quod jura res, iſtas ſpectantia, pauca admodum ſint, uti locoſuo declarabitur; atque hoc clauſit ordinem *Kodaſhim*. Continet autem partitio ſermonis ipſius de ordine *Kodaſhim* undecim tractatus.

1. Chron. 28. 19

Pergens deinde ſermonem de Purificationibus partiri, orſus eſt, à *Celim* [tract. de Vaſis] cujus ſcopus eſt fundamenta immunditiarum complecti, eaque quæ polluuntur & quæ non polluuntur deſcribere, ut quando poſtea dicturus ſit de eo quod polluit, dignoſcamus quæ res pollutionis capaces ſint, quæ non. Poſt *Celim* poſuit *Oho'oth* [tractatum de Tabernaculis,] qui [verſatur] circa jura pollutionis à [contractu] mortui; quem ideo [cæteris] præmiſit quod ſit immunditiarum graviſſima. Ei ſubjunxit [tract.] *Negaim* [de plagis,] qui eſt diſquiſitio juridica de immunditia lepræ; quoniam leproſus Tabernaculum polluit, eſtque in ea ſimilitudo aliquantilli de immunditia à [contractu] mortui, ſicut loco ſuo declarabitur. Deinde abſoluto de immunditia à [contactu mortui, & quæ ejus ſunt generis [ſermone,] agere cœpit de purgatione ab iis, quæ fit [ope] vaccæ rufæ, ideoque [tract.] *Negaim*, tractatum *Parah* [de vacca] ſubjunxit: deinde abſoluta diſquiſitione de pollutionibus gravioribus, & quæ ab ipſis eſt, purgatione, progreſſus ad pollutiones leviores, quibus non eſt ultra occaſum ſolis [duratio,] tractatui *Parah*, ſubjunxit tractatum *Taharoth*, quem appellavit *Taharoth* nomine à purificatione [ſumpto,] quod in eo de immunditiis diſquiratur, & quoniam

immun-

immunditiarum cognitio ad munditiem incitat. Videri autem cuipiam poteſt hoc, quod [cum] appellatio totius *Seder* ſit *Taharoth*, ſingularis etiam tractatus *Taharoth* [audiat,] vitio [authori] vertendum. At non eſt hoc apud Logicos culpabile, quod ſpecies nomine generis appelletur. Deinde poſt abſolutum de immunditiis gravioribus, & purgatione ab ipſis [ſermonem,] & de pollutionibus inſuperlevioribus, addidit purgationis ab ipſis rationem, & [tract. *Taharoth* ſubjunxit tract. *Mikvaoth*, [de conceptaculis aquarum.] *Niddah* autem [de muliere menſtruata] pollutionibus iſtis poſtpoſuit, quod non ſit pollutio toto generi humano communis: *Mikvaoth* ergo tractatum *Niddah* ſubjunxit: huic decebat ſubjungere *Zabim* [de fluxum ſeminis patientibus,] præmiſit tamen tractatum *Macſhirim* de diſponentibus ad immunditiam] eo quod præmiſerit ipſum ſcriptura, quoniam fundamentum [tractat. *Macſhirin* eſt in (illa ſect.] *Eritque die octavo*, &c. at [tract.] de fluxum ſeminis patientibus, in [illa] *Hac erit lex leproſi*. Poſt *Zabim* autem *Tebul Yom* [de eo qui lotus eſt eopſe die,] poſuit, ſicut dixit Dominus, *Hac eſt lex fluxum patientis, & ex quo profluet ſemen, &c.* atque hæ prædictæ immunditiæ omnes ad totum corpus ſpectant, ſcilicet ut ſi quis ad eas accedat, totus polluatur. Deinde pergens tradere quid ſtatuendum ſit de pollutione unius tantum membri; ſubjunxit [tractatui] *Tebul Yom Yadaim* [de manibus;] eique tract. *Oketzin* [de petiolis fructuum;] quem ultimo loco poſuit, quoniam totus argumentando elicitur, cum nullum ſit ei in textu fundamentum manifeſtum. Atque hoc librum ſuum concluſit, cum complectatur univerſa partitio ſermonis de Purificationibus, tractatus duodecim. Totius autem *Miſna* tractatus ſunt ſexaginta & unus, capitula quingenta viginti quinque. Viſum eſt autem ipſi eorum tantum authorum nomina recenſere, qui ipſi [tempore] propinquiores fuere *Simeone Juſto*; Uſuſque eſt in ipſa (*Miſna* ſcilicet) ſermonis genere curto, quod multos in ſe ſenſus comprehendat; ſibi quidem, pro acumine innato, atque ingenii bonitate, perſpicuo; at illis qui ipſo inferiores, obſcuro. Ita ſiquidem docti qui [antiquitus floruerunt ſibi ipſis libros] componebant: ideoque viſum eſt cuidam è diſcipulis ipſius, ſcilicet *R Chaia*, librum componere in quo veſtigiis præceptoris ſui inſiſtens, quæ in verbis ipſius difficilia eſſent explicaret: eſtque is [liber] *Toſiphta*, in quo propoſitum ipſi fuit *Miſhnam* explicare, atque [ipſi] quæſtiones addere quæ è *Miſhna* nonniſi adhibito labore erui poſſint; quas tamen eruit, ut ita nobis indicaret quomodo concluſiones è *Miſhna* elicianus. Eodem modo fecit *R. Uſhaiah. Rab.* etiam Compoſuit *Baraitha*,

Levit 9. cap. 14. 2. Levit. 15. 32.

tha, ſcilicet libros *Sifra* & *Sifre*: nec non & multi alii, ſicut dicunt, *Venit R. N. Venit, attulitque ſecum Miſhnam.* Interim tamen non aſſequuntur *Baraithoth* [ſeu ſententiæ exoticæ] iſtæ quotquot ſunt *Miſhnæ*, vel ſtyli ſuavitatem, vel gravitatem ſenſuum, vel ſermonis brevitatem; ideoque habetur ipſa (*Miſhna*) pro fundamento, iſta autem ſcripta omnia pro appendicibus: magnique fit ipſa apud omnes,
Cant. 6. 8. & ubi cum iſtis collata fuerit. *Viderunt eam filiæ, & beatam eam prædicarunt regina, & concubinæ laudarunt eam,* Quicunque ergo poſt ipſum ſurrexerunt & poſt iſtum cœtum illuſtrem, hoc ſibi propoſitum habuerunt ut verba *Miſhnæ* intelligerent, neque ceſſarunt ſibi invicem ſuccedentes generationes de ea diſquirere, atque ipſam interpretari; quilibet ſcilicet doctus ſecundum ſcientiæ atque intellectus ſui menſuram: quin & decurrentibus annis in diſcrepantes abiere ſententias in quibuſdam ejus placitis explicandis. Nullus interim erat cœtus qui non de ea diſquireret, atque ex ea concluſiones eliceret, ſenſuſque ejus abditos rimaretur, uſque tempus *Rabinæ* & *Rab Aſe* qui ſapientum *Talmudicorum* ultimi fuerunt; quorum *Rab Aſe* ſe ad ſcribendum accinxit, cum viſum ipſi eſſet idem facere in verbis eorum qui poſteriores erant *Rabbenu Sancto*, quod ipſe in eorum qui poſt *Moſen* fuerant verbis fecerat. Omnia ergo eorum, qui aliquid [hoc in genere] protulerant, dicta, de lege diſquirentium ſententias, [eandemque] explicantium interpretationes collegit, & traditionum veritatem probavit, eiſdem in unum redactis. Omniaque hæc ſcientia, pro ea quam ipſi conceſſerat Deus animi capacitate, & amore ſcientiæ, comprehendit. Compoſuit ergo *Talmud*, in in quo quatuor ſibi propoſuit; primum, ut *Miſhnam* interpretaretur, & diſcrepantes verborum eas admittentium explicationes [afferret,] necnon uniuſcujuſque interpretis contra alium [quempiam] argumenta, & quodnam eorum à vero [ſtaret] manifeſtum faceret. Hic primus ejus ſcopus fuit. Secundo, ut juxta alterius è duobus diſſidentibus, inter quos incidit, vel de textu *Miſhnæ*, vel ejus interpretatione, aut iis quæ ex ea eliciuntur, illique innituntur, diſcrepantia, ſententiam ſtatueret. Tertio, ut concluſiones ab uniuſcujuſque ſeculi doctis è *Miſhna* elicitas [adduceret] fundamentaque declararet, & argumenta quibus uſi ſunt in probando, quibuſque nixi ſunt Doctores qui de *Miſhna* diſſertarunt, donec in eum, quo jam ſunt, ordinem redacti fuerint ſermones ipſorum, nec non decreta & ordinationes, quæ à tempore *Rabbenu Sancti* uſquè ipſius ætatem conſtituta ſunt. Quarto, ut explicationes myſticas, quæ cujuſvis capituli, in quo factum eſt ut incideret iſtiuſmodi explica-

tio,

tio, ſenſui conveniunt, afferret; atque hic quartus ejus ſcopus fuit [ut afferret, inquam] explicationes myſticas] quas non exiſtimare debemus, vel inferiori gradu collocandas, vel parum utiles eſſe, ſed eſſe eas[in] magno præſtantiæ gradu ob rara quæ comprehendunt ænigmata, miraſque elegantias; in iſtis enim explicationibus cum penitius ea introſpexeris percipientur [multa] ſimpliciter, adeo ut nihil addi poſſit,bona, & manifeſtum fiet ſenſuum diviniorum,ac veritatum quicquid prærcharum ſibi habet doctorum cohors, nec non quicquid ſtatuerunt[omnium] ſæculorum Philoſophi. Cum vero ipſas juxta illud quod præ ſe ferunt contemplatus fueris, invenies quod ab intellectu, ut nihil magis, alienum ſit: hoc autem ob rationes miras fecerunt, quarum una eſt ut ingenia diſcentium acuerent; deinde ut ſtultis, quorum corda nunquam illuminantur, quique à veritate ſibi propoſita ob indolis ſuæ defectum divertunt, tenebras offunderent; de quorum ſimilibus dicunt, *Non revelant illis ſecretum*, quoniam non ſunt intellectus eorum in eo perfectionis gradu ut veritatem prout ſe habet recipiant; rurſum quoniam ſapientum, c. p. alii ab aliis ſcientiæ myſteria cohibebant. Ferunt enim doctum quendam cum conveniſſet aliquos qui bene callerent [a] *Maaſeh Bereſhith* atque ipſe calleret [b] *Maaſeh Mercabah*, dixiſſe ipſis, Docete me *Maaſeh Bereshith*, atque ego vos docebo *Maaſeh Mercabah*; annuunt illi, at cum illi ipſum *Maaſeh Bereshith* docuiſſent renuit ipſe eos *Maaſeh Mercaba* docere, neque illud facere voluit; quod abſit ut factum putemus quod invideret illis ſcientiam, aut præeminere illis cuperet; cum mores iſti vituperio digni ſint in quolibet etiam ſtulto, quanto magis in viris illuſtribus? verum ideo hoc fecit, quod ſe idoneum exiſtimaret qui illud quod illi callerent acciperet, at non exiſtimaret eos idoneos eſſe ei quod penes ipſum eſſet accipiendo; atque hoc probavit [allegato] *Salomonis* dicto, *Mel & Lac ſub lingua tua*; quod ita interpretati ſunt Doctores (p. m.) ut ſenſus verborum ſit, res jucundas è quibus dulcedinem percipit animus, inſtar ejus quam percipit ſenſus guſtus à melle & lacte, enarrari non debere, neque è lingua ullo modo proferri; hoc eſt quod dicit, *Sub lingua tua*. Neque enim ejuſmodi ſunt res iſtæ quæ doceantur, atque in Scholis explicentur; verum quæ in libris indiciis tantum obſcuris, ſubinnuantur; cumque ab alicujus corde velum amoverit Deus, prout ipſi viſum fuerit, ille, poſt operam ſcientiis navatam, eorum aliqua ſecundum intellectus ſui menſuram percipiet; neque aliud cuipiam cum ſcientia & diligentia ſua ſuperest quam ut ſe ad Deum recipiat, illum orans illique ſupplicans ut

a *Rerum naturalium ſcientiam.*
b *Rerum ſublimium ſcientiam.*

Cant. 4. 11.

ipſi intelligentiam tribuens, ipſumque dirigens, revelet ei, quæ in textibus Scripturarum recondita ſunt myſteria, quemadmodum in-
Ps. 119. 18. venimus *Davidem*, cui pax, feciſſe; ubi dicit, *Aperi oculos meos ut aſpiciam mirabilia de lege tua.* Cum autem detexerit Dominus alicui ex ipſa quod [viſum eſt illi] detegere, [opus eſt ut] illud, uti diximus, recondat; quod ſi de eo quid indiciis [ſubobſcuris] patefecerit, [illi ſolum patefaciet] cujus intellectus perfectus eſt, cujuſque præſtantia nota, quemadmodum explicarunt, multiſque in *Talmude* exemplis notum fecerunt. Non oportet igitur virum doctum palam facere ea quæ tenet myſteria niſi ei qui ipſum gradu vel ſuperet vel æquet: quoniam ſi ea ſtulto expoſuerit, ſi non ipſum ideo vituperabit, ſaltem non quid laude dignum feciſſe exiſtimabit: ideoque
Prov. 23. 9. dixit Sapiens, *In auribus ſtulti ne loquaris, quoniam contemnet intellectum eloquiorum tuorum.* Deinde, quoniam non poteſt doceri vulgus niſi per ænigmata & parabolas, ut ſita communis ſit [iſta docendi ratio] mulieribus etiam pueriſque & parvulis, quo cum perfecti evaſerint intellectus ipſorum, parabolarum iſtarum ſenſus dignoſcant. Atque
Prov. 1. 6. hoc innuit *Salomo*, ubi dicit, *Ad intelligere faciendum parabolam & facundiam, verba Sapientum & anigmata eorum*: atque has ob cauſas ænigmatice locuti ſunt Sapientes, quibus pax, de rebus Theologicis; ideoque decet quempiam ubi occurrerit ipſi in verbis illorum quicquam quod ipſius opinione abhorreat intellectus, non verbis iſtis, ſed intellectui ſuo defectum imputare, & ubicunque aliquam è parabolis ipſorum, cujus ſenſus literalis ab intellectu ipſius valde alienus ſit, viderit, ob intellectum ſuum qui ſcopum non attingit, adeo ut res veræ ipſi longiſſime [à vero] remotæ videantur plurimum angi. Siquidem intellectus alii aliis juxta præſtantiam mutuam temperamentorum præſtant, & quemadmodum unius temperamentum melius eſt & propius ad æqualitatem quam alterius temperamentum accedit, ita & unius intellectus perfectior eſt & præſtantior intellectu alterius, neque dubium eſt, quin aliter ſe habeat ejus qui rem aliquam præſtantem noverit, quam ejus qui illam ignorat intellectus, cum ſit unus in actu, alter in potentia intellectus: unde fit ut res quædam quæ apud nonnullos valde certæ & perſpicuæ ſunt, aliis impoſſibiles videantur juxta gradus [ipſorum] in ſcientia rationem. Cujus rei exemplum tibi perſpicuum proponam, hoc ſcil. ut fingamus dicere nos viro artis Medicæ, Arithmeticæ & Muſicæ perito, necnon rerum naturalium ſcientiam callenti, ingenii inſuper perſpicacis, & bonæ indolis, at Geometriæ, & Aſtronomiæ prorſus rudi, Quid dicis (heus N.) de viro, qui aſſerat corpus ſolis iſtud,

quod

quod nobis circulus parvus videtur, eſſe corpus ſphæricum cujus ſphæra magnitudine ſit inſtar Sphæræ terræ centies ſexagies ſexies [ſumptæ] cum tribus octavis, atque eſſe globum terræ quo [eam] metimur ſphæram cujus circumferentia ſit 24000 milliarium; ut hoc modo percipiatur quot contineantur in menſura magnitudinis ſphæræ ſolaris milliaria: proculdubio ille quem diximus ingenii perſpicacis vir, quique eas quas diximus ſcientias callet, nullo modo in animum inducet ut veram eſſe dicat iſtam ſententiam; quin futurum eſt hoc totum apud ipſum res quæ nullo modo percipi poſſit; ac primo quidem intuitu hoc ſe illi ſuggeret argumentum, rationi conſentaneum falſum eſſe hanc ſententiam. Quomodo fieri poteſt, ut quis terræ, ſpithamæ unius magnitudine, inſiſtens, quantitatem globi ejus, circumferentiam, & ſuperficiei menſuram dignoſcat, niſi ipſa eodem modo circumdata, quo particulam ejus aliquam quam metiri vult complectitur? Quomodo, ergo quod ad corpus ſolare, in cœlis ab ipſo quam longiſſime remotum, quodque revera intueri non poteſt, cum jubar tantum ipſius aſpiciat, eo pervenire poſſit, ut illud metiatur, juſtamque ejus menſuram uſque ad tres octavas deſcribat? Hoc pro admodum impoſſibili habebit, adeo ut falſam eſſe hanc opinionem minime dubitet. Quod ſi in libris Geometricis, & proportionum, quæ in ſphæricis aliiſque figuris reperiuntur, ſcientia inſtitutus, deinde ad librum de hac materia, rebuſque ad ipſam ſpectantibus compoſitum, Aſtronomicum ſcilicet iſtum qui Almageſtum vulgo audit, ſe transferat, tunc tandem perſpicua ipſi videbitur hæc ſententia, & opinionem veriorem eſſe ſtatuet, quam ut in dubium vocari debeat: cum demonſtratione probetur, ac perinde ſe habere putabit ſi dubitetur, Utrum magnitudo Solis hujus quantitatis ſit, an, Utrum Sol exiſtat, ac mutabitur ipſi ſententia, ita ut jam veriſſimam affirmet eſſe rem quam à vero longiſſime abeſſe putaverat: hoc [ita ſe habet] cum tamen non ſupponamus illum cui hanc quæſtionem propoſuimus alium eſſe quam aliarum ſcientiarum peritum, & ingenio præſtanti, bonaque indole præditum; ſitque quæſtio, quam propoſuimus, è Mathematicis quæ ſunt gradus per quos ad Theologica aſcenditur; quanto magis ita ſe habebit, qui omnis ſcientiæ penitus rudis, neque ulli diſciplinarum Mathematicarum generi aſſuetus fuerit, ſed ſolummodo à materno ad uxoris ſuæ ingenium tranſitum fecit, ſi proponatur ipſi quæſtio aliqua è Theologicis quæ in explicationibus myſticis reconditæ ſunt? Haud dubie apud ipſum [tantum à vero] quantum à terra cœlum diſtabit; nec præ hebetudine ingenii ullam omnino ejus partem intelliget: oportet

igitur ut bonas de iis opiniones concipiamus, & attente ipſas perpendamus, haud temere quicquam ex illis rejicientes, verum quandocunque incredibile videbitur ex illis aliquid, ſcientiis operam navemus quo quid ſibi dicto illo vellent intelligamus, ſi modo illi capiendo ſint intellectus noſtri, cum [Doctores noſtri] q. p. qua fuerunt, in indagando vero diligentia, qua bonitate ingenii quo ſtudio, quo cum viris magnis commercio, mundique & rerum ad eum ſpectantium fuga, nihilo minus tamen ſemet defectus arguerunt eorum qui ipſos anteceſſerant reſpectu, quo ſpectat illud, ipſorum dictum, *Cor priorum inſtar oſtii porticus, at poſteriorum ne quidem quantum foramen acus ſartoriæ.* Quid igitur de nobis dicendum, cum præterquam quod à nobis defecerit ſcientia & ſapientia (ſicut comminatus eſt Iſ. 29. 14. Dominus, *Propterea ecce ego addam ut faciam in populo iſto mirabile, peribitque ſapientia Sapientum ejus, & intelligentia intelligentium ejus abſcondet ſeſe*) unicuique noſtrum propria ſint quatuor [ſcilicet] Imbecillitas Ingenii, concupiſcentiæ prævalentia, deſidia in acquirenda ſcientia, & in acquirendis rebus mundanis ſolertia: qua uor judicia mala quomodo non attribuemus nobiſmet ipſis ad eos co.latis defectum? Hoc cum ſcirent Doctores noſtri p. m. quodque verba ipſorum tota eſſent medulla, in qua nullæ ſunt fœces de hoc nos admonitos voluerunt, vetantes ne quis ea contemptui haberet, dum dixerunt. *Quicunque verbis Sapientum illudit, ſtercori ferventi adjudicabitur,* nec eſt interim ſtercus fervens gravius ſtultitia quæ ipſum induxit ut iſtis illuderet. Ideoque nunquam reperies aliquem à verbis ipſorum abhorrere, niſi qui cupiditati indulgeat, & ſenſibus grata ſectetur, cujuſque cor clariori aliquo lumine illuſtratum non fuerit. [Doctores autem noſtri] quod ſcirent vera eſſe verba ipſorum totam iis ætatem inſumſerunt juſſeruntque iis noctis horas, & extremas diei partes impendere: atque hoc finem ultimum prout revera eſt ſtatuerunt. Ita dixerunt. *Non eſt Deo Opt. Max. in mundo ſuo* [quicquam] *præter quatuor Shel Halacah* i. e. conſtitutionum Talmudicarum *cubitos.* Cui dicto animum adverte, quoniam ſi ipſum prout ad literam ſonat perpenderis, quam maxime à vero alienum eſſe putabis, ac ſi quatuor tantum Conſtitutionum cubiti unicus eſſent finis, reliquæ autem artes & ſcientiæ rejiciendæ; ac temporibus *Semi* & *Eberi* eorumque qui poſt ipſos fuerunt, cum nondum eſſet Conſtitutio Talmudica, certiſſimum fuerit nullam omnino ſortem Deo in mundo fuiſſe. Quod ſi dictum hoc penitius introſpexeris videbis ipſum admirandam ſapientiam continere, reſque intellectu pulcherrimas complecti reperies. Ego igitur ipſum tibi

explicabo

explicabo, ut reliquorum quæ apud Doctores Talmudicos occurrunt exemplar ſit, tuque de ipſo prout decet judices. Scias ergo Majores noſtros pro ea qua erant ſcientia, & præſtantia ingenii, res mira diligentia ſcrutatos pro comperto habuiſſe, unicuique rei quæ exiſtit neceſſario finem eſſe ad quem exiſtentia ejus dirigatur. Nihil enim fruſtra exiſtere: cumque certo conſtaret ipſis hæc concluſio generalis, cæperunt diſtinctim de quolibet exiſtente inquirere, ut uniuſcujuſque ſpeciei finem notum haberent; viderunt autem uniuſcujuſque rei artificialis finem notiorem eſſe, quam ut eum altius rimari opus ſit. Cum artifex ipſum non niſi poſt conceptum prius animo ipſius finem fecerit. c. g. dico, Serram nequaquam feciſſe fabrum, niſi poſtquam ſecum reputans quomodo ligni hujus partes inter ſe continuatas dirimeret, animo apud ſe concepta ſerræ forma, eam demum facere aggreſſus fuerit ut ea ſerraret. Quare finis ſerræ eſt ſerrare, ſimiliter finis ſecuris findere, acus veſtes conſuere, eodemque modo in omnibus artis ope productis. At eorum quæ artificio divino, & ſapientia naturali producuntur, veluti diverſæ fructuum, herbarum, metallorum, lapidum, & animalium ſpecies, quædam ſunt quorum finis facili inquiſitione reperitur, alia quæ majori egent indagine, alia vero quorum finis obſcurus atque occultus eſt adeo ut penitus ignoretur, niſi per revelationem aut divinationem innotuerit, cum per diſquiſitionem ſcientialem non poſſit. Neque enim in poteſtate hominis eſt indagare quam ob cauſam produxerit natura formicarum alias alis inſtructas, alias abſque alis: quamobrem etiam vermium alios pluribus pedibus, alios paucioribus produxerit: quiſve ſit hujus vermis & hujus formicæ finis. At è rerum his majorum, & quarum operationes magis conſpicuæ ſunt, finis ſcientia gloriam captant ſcientiæ ſtudioſi, & quo quis doctior eſt majorique diligentia & ingenio acutiori, plurium rerum fines perſpicit. Quare quando dederat Dominus *Salomoni* eam quam promiſit ſapientiam novit ille de finibus harum ſpecierum, quantum homini qua homo ſcire datum eſt, adeo ut de arborum, herbarumque, & [diverſarum] animalium ſpecierum finibus locutus ſit, dicente Scriptura, *Et locutus, eſt de arboribus à cedro quæ in Lebanon uſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete, locutus eſt inſuper de animalibus & de volatilibus, & de reptilibus, & de piſcibus.* Quod teſtimonium fuit divinæ in ipſo potentiæ, dicit ergo poſtea, *Et veniebant ex omnibus populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, &c.* Verum ut ſummatim dicam, ſciendum eſt omnia quæ ſub ſphæra Lunæ reperiuntur, hominis tantum gratia facta fuiſſe, & è ſpeciebus animalium quaſdam

1. Reg. 4. 33.

v. 34.

in eſcam ei [datas] ut oves & boves, &c. alias in alios præter eſcam uſus, ut aſinos, quo iis ea quæ manu ſua loco movere non poterat, geſtanda imponeret; equos ut iis itinera longinqua tempore brevi conficeret. Alias autem eſſe eorum ſpecies quæ cui rei utiles ſint neſcimus, cum tamen iis inſint, quæ homini licet ipſe ea neſciat utilia ſint. Fructuum ſunt aliqui ipſi in eſcam, alii ad morborum ſanationem, & ſimiliter herbarum, eodemque modo in cæteris rerum ſpeciebus. Quod ſiquando inveneris animal aliquod vel plantam aliquam, quæ nulli rei utilia eſſe, nec eſcæ inſervire tibi videantur, fit hoc ob anguſtiam ſcientiæ noſtræ; cum fieri non poſſit, quin unicuique herbæ ac fructui, nec non unicuique animalis ſpeciei ab Elephante uſque ad vermem, inſit aliquid quod hominibus profit. Cujus rei hoc tibi indicium eſt, quod ſingulis ſæculis notæ fiant herbæ & fructuum ſpecies, iis qui anteceſſerunt ignotæ, è quibus multas capiant utilitates. Neque fieri poteſt ut quis omnium plantarum virtutes comprehendat, quod experientia probatur ætatum ſibi invicem ſuccedentium. At dices forſan quare creata ſunt venena Lethalia veluti herba *Biſh* & [herba ſanguinis *Haſhishatol dam*,] quibus perditio hominibus non utilitas infertur? Sciendum eſt ergo tibi, ineſſe ipſis utilitates, quoniam etſi interficiant ſi comedantur, cum tamen exteriori corporis parti applicantur non interficiunt. Quod ſi conſtet tibi magnam eſſe homini utilitatem è vipera, quanto magis ex iis quæ minus noxia ſunt? Cum ergo invenerint horum omnium finem eſſe ut exiſtat homo, neceſſe eſt ut quæramus etiam, quare extiterit homo? quiſque ſit ipſius finis? Poſtquam igitur multum hac de re quæſiviſſent invenerunt homini multas eſſe admodum operationes, nam omnibus animalium arborumque ſpeciebus, vel unica tantum eſt actio, vel ad plurimum binæ, earumque finis unus. Quemadmodum videmus non eſſe palmæ operationem aliam quam ut dactylos producat, quod & in reliquis arboribus fructiferis ita ſe habet. Atque ita animalium alia reperimus quæ texunt tantum, ut araneam, alia quæ ædificant, ut hirundinem, alia quæ ſibi ad victum neceſſaria recondunt, ut formicam; homo vero multas ac diverſas actiones producit, quas omnes ſigillatim explicantes ut ita perſpectum haberent quiſnam eſſet ipſarum finis, invenerunt finem ipſius unam tantum actionem eſſe, reliquis ad ipſius conſervationem [directis] quo melius una iſta actio in eo perficiatur quæ eſt intelligibilium apprehenſio, & veritatum prout ſe revera habent, cognitio. Siquidem impoſſibile eſt ut finis hominis ſit edere, bibere, rem veneream exercere, parietem extrue-

truere aut Regem eſſe, cum hæc omnia ſint accidentia ei extrinſecus advenientia, quæ ſubſtantiæ ejus nihil addunt; cumque hæ actiones omnes ei cum aliis animalium ſpeciebus communes ſint, at ſcientia illud eſt quod ſubſtantiam ejus auget, ipſumque à ſtatu humili ad ſublimem transfert. Cum qui homo fuerit in potentia jam homo actu evaſerit. Homo ſiquidem antequam ſcientia præditus ſit inſtar beſtiarum eſt. Neque enim à reliquis animalium ſpeciebus aliter quam ratione diſtinguitur, quod ſcilicet ipſe Animal ſit rationale. Per rationem autem intelligo rerum intelligibilium apprehenſionem: rerum autem intelligibilium præcipua, eſt unitatis Dei Opt. M. apprehenſio cum aliis quæ cum ipſa conjunctæ ſunt, rebus Theologicis. Cæteræ enim ſcientiæ [eo tendunt] ut iis exerceatur [homo] donec ad Theologicam pervenerit. His autem de rebus ſermonem plene pertexere longum foret valde. Verum una cum apprehenſione intelligibilium neceſſe eſt ut exceſſum in voluptatibus corporeis vitet, cum primum intelligibile quod apprehenditur, ſit, quod deſtructio animi ſit cum cura corporis [conjuncta,] animi autem cura cum deſtructione corporis. Quamdiu enim ſectetur homo cupiditates, ſenſui obvia eligens, & intellectum ſuum cupiditati ſuæ ſubjiciens, ſeque inſtar beſtiarum habeat & pecorum, (quæ nihil aliud concipiunt quam quæ eſu & potu idonea, quæque ad Venerem ſpectant,) nondum apparet in ipſo potentia divina, viz. Intellectus, ſed mera eſt materia in mari τῆς ὑλῆς natans. Ex his præmiſſis patet, mundi noſtri, eorumque quæ in ipſo ſunt, finem eſſe Virum ſcientia præditum, eumque bonum. Cum ergo vere ſint in individuo aliquo generis humani ſcientia & opera, (per ſcientiam autem intelligo apprehenſionem veritatum prout ſe revera habent, & aſſecutionem omnium quæ fieri poſſit ut aſſequatur homo; per opera autem, moderatum rerum naturalium uſum, & fugam exceſſus, neve ex iis captet niſi quo ſuſtentetur corpus, & rectius diſponantur habitus [ipſius] univerſi) ille qui ita ſe habet finis eſt propoſitus: quam ſententiam non ſolum notam fecerunt Prophetæ, verum & è ſectis antiquis docti, iique qui neque viderunt unquam prophetas, neque ſapientiam eorum audierunt, idem docuere; ſcilicet non eſſe quempiam hominem perfectum niſi qui ſcientiam & opera ſimul conjunxerit: & quam præclarum eſt dictum Philoſophi iſtius excellentis, Scopum Dei in nobis eſſe, ut intelligentes ſimus & boni. Si quis enim ſcientia & intelligentia præditus cupiditates ſectetur, non eſt ille revera ſciens, cum ſcientiæ initium [in hoc conſiſtat] ut non captet quis è voluptatibus corporeis, niſi quo

ſuſten-

ſuſtentetur corpus. Quæ autem huc ſpectant fuſius tractantes in explicatione tract. *Aboth*, eadem prout decet atque opus eſt, elucidabimus. Atque hoc modo invenimus Prophetam redarguiſſe illum qui cum ſcientiam ſibi attribueret legem interim tranſgrederetur, animique ſui cupiditatibus indulgeret, hoc ipſius dicto, *Quomodo dicitis, Sapientes ſumus, & Lex Dei nobiſcum eſt, &c.* pari ratione ſi quis devotus fuerit, & abſtemius, voluptatum, niſi quantum corpori ſuſtentando ſit, fugiens, inque omnibus naturæ viis modum teneat, necnon omnia ad probitatem morum [ſpectantia] complectatur, niſi quod ſcientia careat; neque hic (quamvis priori perfectior) perfectionem aſſecutus eſt, cum nondum vera & firma ſint iſta ejus opera, ideoque dicunt Sapientes, p. m. *Brutus non eſt peccati metuens*, quemadmodum explicavimus. Quique Idiotam pium eſſe affirmaverit, ille Sapientes qui hoc preciſe affirmarunt, necnon & ipſam rationem mendacii arguit: quare & per totam legem præceptum invenies, *Et diſcetis ea*, & deinde, *& facietis ea*, præmiſſa operibus ſcientia, quia ſcientia ad opus perducit, non autem opus ad ſcientiam; atque hoc eſt quod dixerunt [Doctores] q. p. *Doctrinam ad opera perducere*. Una autem hic ſupereſt quæſtio, cum dicere poſſit aliquis, Affirmaſtis vos ſapientiam divinam nihil fruſtra feciſſe, omniumque creaturarum ſublunarium nobiliſſimam eſſe hominem, finem autem generis humani eſſe intelligibilia apprehendere, quare ergo fecit Deus homines [iſtos] omnes qui non apprehendunt intelligibilia, cum videamus maximam hominum partem, ſcientia carere, cupiditates autem ſectari, virumque ſcientia & rerum mundanarum contemptu præditum, rarum quid ac peregrinum eſſe, qualis vix unus ſæculo aliquo reperiatur? Reſpondetur autem omnes iſtos duas ob cauſas reperiri, quarum prima eſt, ut Uni iſti inſerviant. Nam ſi omnes ſcientiæ dediti ac philoſophiæ ſtudioſi eſſent, periturus eſſet mundus, & in caſſum abiturus, penituſque ex ipſo deleretur genus humanum quam breviſſimo temporis ſpatio. Homo enim egenus admodum eſt, rebuſque multis opus habet, adeo ut neceſſe illi eſſet arandi, metendi, triturandi, commolendi, pinſendi, & inſtrumenta his omnibus [inſervientia] conficiendi artem diſcere, quo pararetur ipſi cibus; eodemque modo neceſſe eſſet illi diſcere nendi ac texendi artificium, quo ſibi contexeret quod indueret; nec non architectonicem, ut ſibi ſtrueret quo tegeretur, & modum inſtrumenta his omnibus [idonea] conficiendi, neque ſufficeret *Methuſalechi* ætas ad perdiſcendas artes iſtas quibus univerſis neceſſario intra vitæ ſuæ terminum opus habet homo, ac quando tandem vir

iſte

iſte ſapientiam acquireret, & ſcientiæ operam daret ? illi ergo omnes conditi ſunt, ut hæc opera præſtent, quibus in ciuitate opus eſt, conditus eſt autem Vir ſcientia præditus ſui gratia; atque ita [ſimul] colitur terra, & reperitur ſapientia; quam ſcite ergo dixit ille, quiſquis fuit, *Niſi eſſent ſtulti deſolaretur terra* ? Quæ enim ſtultitia huic par eſt, ut homo, animo debilis, [corporis] ſtructura infirmus, à principio climatis ſecundi, uſque ad principium ſexti profectus, maria hieme & deſerta per ventos æſtatis urentes pertranſeat, ſeque ferarum & ſerpentium [periculo] objiciat, quo forte pecuniam lucretur, deinde cum nummorum iſtorum, quibus tres animas ſuas impendit, ſummam collegerit, eam diſtribuere incipiat architectis qui ipſi fundamentum firmum è gypſo & lapidibus in terra ſolida ſtruant, ſuper quod parietem erigat qui annos centenos perduret, cum certo ſciat non ſupereſſe ſibi vitæ quantum vel parietem junceum abſumeret ? quæ [inquam] ſtultitia hac major eſt ? Sic & voluptates & cupiditates mundanæ mera ſunt ſtultitia, [quæ tamen] ad terræ conſervationem [ſpectant.] ideoque appellarunt Sapientes, quibus pax, ſcientia vacuos, *Populum terræ*, q. d. eos qui ad terram colendam creati ſunt, quare & illos ipſi affines ſtatuerunt. Quod ſi dicat quis, Atqui videmus virum levem & fatuum [aliquem] in mundo quiete frui, neque in ipſo angi, aliis ipſi ſervientibus & negotia ejus peragentibus, imo & aliquoties virum ſcientia præditum negotiis ejus occupari; non ita ſe res habet, prout ipſi videtur, verum ideo ſtultus iſte tranquillitate fruitur, quoniam & ipſe ſervus eſt viro iſti quem ſcopum propoſuit creator. Ille enim [ope] tranquilli ſtatus ſui, magnæque facultatum aut poſſeſſionum ſuarum copiæ, ſervos ſuos arcem ſublimem extruere, vel vineam magnam plantare jubet, uti facere ſolent Reges Regumque ſimiles; arx interim iſta viro alicui præſtanti paratur, qui venturis ſæculis aliquando ſub aliquo parietum ejus umbram captans hoc pacto à perditione liberetur; ſumeturque aliquando è vinea iſta menſura vini, qua conficiatur theriaca, qua vir quiſpiam perfectus à vipera morſus ſanetur: ita enim Dei Omnipot. glorioſi œconomia & ſapientia quibus ſervire fecit naturam, *Conſilia ſunt à longinquo, veritas firmitas.* Atque hanc ſententiam explicarunt Sapientes, quibus pax, Ferunt enim *Ben Zoma* ſtantem ſuper montem domus [ſacræ,] cum cerneret *Iſraelitas* aſcendentes dixiſſe, *Benedictus ſit qui creavit hos omnes ut mihi inſervirent*, cum ipſe p. m. eſſet ſæculi ſui Phœnix. Cauſa autem ſecunda ob quam facti ſunt ſcientiæ expertes, eſt quod illi qui ſcientia præditi *Iſ.* 25. 1.

ſunt, pauci admodum ſint, idque neceſſario ita ſe habeat ex ſapientia divina; jam vero de iis quæ neceſſaria fecit ſapientia prima, non eſt dicendum, Quare neceſſarium eſt hoc? ſicut non eſt dicendum, Quare fuerunt ſphæræ cœleſtes novem, planetæ ſeptem, elementa quatuor? quoniam hæc, & quæ eodem modo ſe habent, prima productione neceſſaria facta ſunt; quod explicaſſe vides ſapientes q. p. Dixit enim *R. Shimeon Ben Tuchai* de *σχολιοις* ſuis, eo quo fuerunt gradu [non obſtante,] *Vidi filios cœnaculi paucos eſſe; ſi duo ſunt, Ego & filius meus illi ſumus.* ideoque facta eſt turba hominum ut conſortes eſſent filiis cœnaculi. Tu forſan hanc utilitatem parvi pendendam exiſtimabis, at certe priori potior eſt. Annon vides Deum infideles in terra retinuiſſe ut piis ſocii eſ-
Ex. 23. 29. ſent? hoc eſt quod dixit, Omnip. glor. *Non expellam eos coram te uno anno ne forte ſit terra deſolata*: quam ſententiam explicarunt
Eccleſ. 12. 13. ſapientes, dicentes, *Quid eſt quod dicit, Quia hic [eſt] omnis homo? Omnis mundus creatus eſt ut cum ipſo conſocientur*: i. e. ut ipſi [juſto ſcilicet] ſocios ſe præbeant. Patet ergo ex omnibus quæ diximus omnium quæ ſunt in mundo hoc generationi & corruptioni obnoxio finem eſſe Virum perfectum qui ſcientiam & opera conjunxerit, uti deſcripſimus. Cum ergo ex ipſorum verbis duo iſta perceperimus, ſcilicet ſcientiam, & praxim, [partim] ex iis quæ expreſſis verbis, [partim] ex iis quæ ænigmatice protulerunt, verum eſſe conſtat quod dixerunt, *Non eſſe Deo Sancto Benedicto, in mundo ſuo, quicquam præter quatuor Halaca cubitos.* Atqui longe digreſſi ſumus ab eo quem propoſuimus ſcopo, ita tamen ut res quæ & fidem adornent, & diligentiam in ſapientiæ ſtudio [excitent,] nec levi pendendæ ſint, uti ego exiſtimo, adduxerimus: nunc autem ut ad propoſitum meum revertar. Cum jam perfeciſſet *Rab Aſhe Talmud* eo quo ſe habet modo; mira ordinis, quo compoſitum eſt, pulchritudo, & utilitatis magnitudo teſtimoni-
Dan. 4. 5. um ipſi perhibuerunt fuiſſe in ipſo *Spiritum Deorum ſanctorum*: quod autem de *Talmud* à *Rab. Aſhe* compoſito reperitur triginta quinque tractatibus conſtat. non enim extat ipſi ſermo in *Seder Zeraim*, niſi in *Beracoth* tantum, neque ſuper tractatum *Pehekalim* è *Seder Moed*, neque in tract. *Edayoth*, neque tract. *Aboth* è *Seder Nezikin*, nec in tractatum *Middoth* & *Kinnim* è *Seder Kadaſhim*, neque in partem aliquam è *Seder Taharoth* tractatu *Niddah* excepto. Deinde obiit *R. Aſhe* cum *Talmud* ad eum quem commemoravimus finem perduxiſſet in *Babele*: quod etiam facientes terræ *Iſraelis* ſapientes, ſcilicet uti fecerat *Rab. Aſhe*, *Talmud Jeruſalemi* compo-

compoſuerunt, cujus author *Rab. Tuchanan.* extant autem *Hieroſolymitani* quinque *Sedarim* [i. e. ordines] integri. Quod ad *Seder Taharoth* autem nullum extat omnino in ipſum *Talmud*: neque *Babylonicum*, neque *Hieroſolymitanum*, excepto tract. *Niddah*, uti diximus. Quem tamen ordinem poſſit quis poſt difficultatem multam, & moleſtiam gravem, ope *Toſiphtæ* & *Baraitoth*, ſententiaſque decretorias ex illo per totum *Talmud* adductas colligendo, & ex iiſdem tractatuum fundamenta & ſcopum eliciendo, explicare, prout in noſtra iſtius *Seder* explicatione, volente Deo, perceptus es. Mortuis autem Sapientibus iſtis omnibus quorum ultimi fuerunt *Rabbina* & *Rab Aſhe*, perfectoque *Talmude*, omnium qui ipſis ſucceſſerunt unicus hic erat ſcopus, ut verba ab ipſis compoſita intelligerent, nihil illis addendo, vel detrahendo. Multos ergo commentarios ſcripſerunt *Al Gaonim*, nemine tamen eo perveniente (quantum quidem ſciam) ut univerſi *Talmudis* expoſitionem abſolveret, quoſdam impediente vitæ [brevitate] alios hominum in judiciis importunitate. Libros etiam de deciſionibus ſententiarum compoſuerunt, alios lingua *Arabica*, alios *Hebraica*; veluti *Halacoth Gedoloth* [i. conſtitutiones magnæ] & *Halacoth Ketuoth* [i. ſententiæ deciſæ,] & *Halacoth peſukoth* [i. ſententiæ decretoriæ,] & *Halacoth Rabbi Acha Misſhabcha*, cum aliis. *Halacoth* autem quas compilavit Doctor inſignis *Rabbenu Iſaac*, p. m. præſtiterunt ne iſtis omnibus opus haberemus, cum omnia in deciſionibus & decretis utilia, quibuſque noſtris temporibus, ſcilicet tempore exilii, opus eſt, contineant; cumque in iis omnes qui illis qui ante ipſum fuere acciderant, in deciſionibus ſuis, errores patefecerit, neque ipſe interim in illis, paucis exceptis ſententiis, quæ numerum denarium non attingunt, ullatenus arguatur. Omnium autem *Geonim* expoſitiones quæ extant, ſe mutuo excellunt juxta intellectus eorum præſtantiæ rationem, adeo ut *Talmudis* ſtudioſus quiſpiam intellectu præditus, *Geonim* iſtos, qualis unuſquiſque fuerit, è dictis & expoſitionibus ipſorum dignoſcere poſſit. Ubi autem ad nos deventum eſt, ei inſiſtentes quæ in iis qui præceſſerunt invenimus, inquiſitioni, diligentiæ ac ſtudio [accinximus] nos pro modulo virium noſtrarum ad omnia illa quibus profecturos nos apud Deum ſperamus, conquirenda: collegi ergo quicquid incidit in manus meas ex iis quæ pater meus p. m. aliique accepta tulerunt D^ni noſtro *Joſepho Levitæ*, cum viri iſtius in *Talmude* peritia ad ſtuporem (novit Deus) redactura ſit illum

qui ipſius dicta & profundas ſpeculationes perpenderit, adeo ut
2 Reg. 23. 25. parum abſit quin dicam *Ante eum non fuit qualis ipſe rex*, in via ejus iſta. Collegi etiam quaſcunque apud ipſum inveni in explicatione ſua, ſententias, una cum iis, quæ mihi occurrerunt juxta imbecillitatem virium noſtrarum, eamque quam aſſecuti ſumus ſcientiam, interpretationibus, atque ita in tres *Sedarim* ſcilicet *Moed*, *Naſim*, & *Nezikin* expoſitionem confeci, quatuor exceptis tractatibus, de quibus jam in animo eſt aliquid ſcribere, ſed nondum ei rei otium invenimus. Scripſimus etiam in tract. *Cholim* ob magnam ejus neceſſitatem: atque hic labor noſter fuit quo occupati fuimus, una cum eo quod aliis rebus impendimus ſtudio. Viſum eſt deinde in *Miſnam* commentarium ſcribere, cujus neceſſitas qualis ſit, abſoluto hoc ſermone meo, declaraturus ſum. Ad quod faciendum incitatus ſum, eo quod viderem *Talmud* illud in *Miſnah* facere, quod nemo unquam conjectando aſſequi poterat, dum fundamentis adductis, hic (inquit) *Miſna* [textus] tali vel tali modo ſuperſtructus eſt: aut in hac *Miſna* ſententia deeſt verbum, ſenſus autem ejus eſt iſte: vel iſta *Miſnah* eſt תוֹ N. cujus ſententia ita ſe habet. Deinde verbis ejus addens, & detrahens, ejus cauſas reddit. Poſtremo autem ubi comprehenderit opus hoc illum quem declaraturi ſumus ſcopum in totam *Miſnam*, futurum ipſum quatuor magni momenti rebus utile: Prima eſt, ut inde veram *Miſnæ* explicationem, verborumque ipſius interpretationem percipiamus: ſi enim maximum *Gaon* de interpretatione alicujus in *Miſnah* conſuetudinis, interrogaveris, non poteſt ille quicquam tibi de ea reſpondere, niſi *Talmudicam* ejuſdem explicationem memoria teneat, aut dicat, Age, videamus quid de ipſa occurrat in *Talmude* dictum: impoſſibile autem eſt ut quis univerſum *Talmud* memoria teneat; præcipue cum una ſententia *Miſhnica* quatuor aut quinque foliis explicetur, dum dicta dictis intermiſceantur, probationes nempe, objectiones, & reſponſa, adeo ut non poſſit, quid in explicatione iſtius *Mishnæ* clarum ſit, elicere, niſi qui judicii ſit admodum perſpicacis; atque hoc, etiamſi non fuerit ejuſmodi ſententia iſta, cujus explicatio judiciorumque ad eam ſpectantiam deciſio, non niſi è duobus tribuſve tractatibus perficiatur. Secunda eſt, deciſionum [cognitio,] cum in explicatione uniuſcujuſque ſententiæ, ad cujus opinionem conformetur praxis, oſtenſurus ſim. Tertia, ut introductionis vice ſit ei qui [his rebus] ſtudere incipiat, dum ejus

ope

ope patefiat ipſi ratio verba explorandi, atque explicandi, ut perinde ſit ac ſi univerſum *Talmud* calleret; atque hoc magno ipſi adjumento futurum eſt ad totum *Talmud* [percipiendum.] Quarta demum, ut ſit [vice] Anamneſtæ illi qui legerit, & ſciverit, quo præſto ſit quodcunque legerit, continue ante oculos ipſi poſitum, ſintque *Miſhnah* & *Talmud* ipſius in ore ejus recte diſpoſita. Hæc cum apud me animo concepiſſem, accinxi me ad librum quem mihi propoſui, componendum. Scopus ergo mihi in hoc libro propoſitus eſt, *Miſhnam* eo modo explicare, quo [illam] explicavit *Talmud*; ac ſententias veras tantum recenſere, omiſſis iis quæ in *Talmude* manifeſto rejiciuntur; nec non rationes reddere ob quas prolata ſunt iſta verba, & eas ob quas inciderunt inter diſcrepantes quibuſdam in controverſiis differentiæ, & ad cujus ſententiam dirigatur praxis, prout in *Talmude* explicatum eſt; in quibus omnibus verborum compendio ſtudui: quo tamen nulla lectori difficultas relinquatur, cum non ideo hæc compoſuerimus ut lapides, ſed ut eos qui intellectu præditi ſunt, intelligere faciamus. Viſum eſt autem mihi eodem ordine librum meum diſponere quo fecerunt omnes interpretes, ſcilicet ut verbis *Mishna* uſque ad finem ſententiæ poſitis, deinde quæ ad explicationem iſtius ſententiæ faciant, pro inſtituti noſtri ratione, loquar: tum ad ſecundam, atque ita uſque ad finem *Mishna* pergam: omnem interim ſententiam manifeſtam deſcribimus [quidem,] at nullum de ea ſermonem inſtituimus. Scias autem ubicunque diſcrepent aſſeclæ *Shammæi* & aſſeclæ *Hillelis*, conſtitutionem eſſe juxta *Hillelis* ſequaces, exceptis rebus quibuſdam notis, in quibus obtinet ſententia domus *Shammæi*. In iſtis igitur tantum ſententiis dico tibi inter explicandum, ſententiam eſſe juxta domum *Shammæi*. Similiter in omni *Mishna* ſimpliciter poſita de qua nulla eſt controverſia, praxis eſt ſecundum illud quod in textu expreſſum eſt, paucis quæ raro accidunt exceptis. Quare in iſtis raro occurrentibus, dico tibi, hoc quod hic ſimpliciter ponitur, rejici, neque in more eſſe. Quod ad reliquas autem diſcrepantias, ad nullum te de iis ſcrupulum adigo, oſtendens tantum juxta cujus ſententiam conſuetudo obtineat, licet inter unum aliquem & plures [ſit diſcrepantia,] dico tamen, *Halacah* eſt ſecundum ſapientes. Dirigat autem [nos] Deus erga veritatem, & ab eo quod ipſi contrarium eſt, pro auxilio ſuo divino, avertat. Viſum eſt autem mihi decem ſectiones præmittere, antequam explica

plicationem meam] aggrediar, quæ certe non ſunt magni ad ea quæ nos facere inſtituimus momenti, verum ejuſmodi quæ illi, qui perfecte *Mishnam* [callere] velit, tenere expedit. Sectio prima eſt, De ſapientum quorum mentio in *Mishna* incidit, quibuſque nominatim acceptæ feruntur traditiones, numero. Secunda, de numero Sapientum, quorum mentio facta eſt in *Mishna*, facti alicujus quod tempore cujuſpiam ipſorum accidit, aut ſententiæ moralis quam protulit aut expoſitionis myſticæ quam docuit, gratia. Tertia, de Genealogiis Sapientum *Mishnicorum* notis. Quarta, de Synchroniſmis eorum. Quinta, de iis quos notum eſt ex illis habuiſſe ſe ut Diſcipulum & Præceptorem. Sexta, de aliquorum ex ipſis nominum nuper poſitorum, quo melius dignoſcantur, declaratione. Septima, de gradibus eorum quibus ipſos diſpoſuit Author. Octava, de ipſorum ad regiones, perſonas, & tribus reſpectu. Nona, de quibuſdam inter quos in pleriſque accidit diſcrepantia. Decima, de traditionum ab ipſis [acceptarum,] prout rarius aut frequentius occurrunt, partitione.

Sectio prima, De numero Sapientum, quorum mentio facta eſt in Miſhna, *quibuſque traditione nominatim acceptæ feruntur.*

Diximus initio ſermonis noſtri, Authorem *Mishnæ*, eorum tantum è traditionum authoribus nomina recenſuiſſe qui à *Simeone* juſto ad ipſius uſque ætatem floruerunt, & traditiones omnes *Simeoni* juſto acceptas ferri. Eorum autem quorum nomine compoſita ſunt judicia, deciſiones legales, conſtitutiones, & decreta omnia per totam *Mishnam*, numerus eſt virorum nonaginta & unius. Sunt illi.

R. *Eliezer* f. *Hircani*. Rab. *Eliezer* f. *Jacobi*. R. *Eliezer* f. R. *Joſis Galilæi*. *Joſuah* f. *Perachiæ*. R. *Joſuah* f. *Hannaniæ*. Rab. *Joſuah* f. *Korchæ*. R. *Joſuah* f. *Batiræ*. R. *Joſuah* f. *Hirceni*. R. *Eliezer* f. *Azariæ*. *Eliezer* f. *Judæ* viri *Bartutæ*. R. *Eliezer* f. *Zadoki*. R. *Eleazar* f. *Shamui*. R. *Eleazar Chaſma*.

R. *Eleazar* f. *Ferateæ*. R. *Eleazar* f. *Simeonis*. R. *Eleazar* f. *Phiabii*. R. *Juda* f. *Alaii*. R. *Juda* f. *Batiræ*. R. *Juda* f. *Babæ*. R. *Juda* f. *Abæ*. *Juda* f. *Tabbaii* *Rabban Simeon* f. *Gamalielis*.

R.

R. *Simeon* f. *Juchaii.* R. *Simeon Haſshizuri.* R. *Simeon* f. *Naneſi.* R. *Simeon* f. *Haſſagan.* *Simeon* f. *Shetachi.* *Simeon Taimanita.*

R. *Simeon* f. *Azzai.* R. *Simeon* f. *Zoma.* R. *Simeon* f. *Eleazare.* R. *Simeon* f. *Juda.* R. *Simeon* f. *Batira.* *Simeon* frater *Azariæ.* Rab. *Chanania* Antiſtes Sacerdotum. R. *Chaninah* f. *Antigoni.* *Chaninah* fil. *Chachinai.* R. *Chaninah* f. *Gamalie'u.* R. *Nechoniah* fil. *Al Nathanis.* *Ish Caphar Babyloniis.* R. *Iſmael.* R. *Nehemiah.* *Nehemiah Beithdalita.* Rab. *Jucanan* f. *Nuri.* *Juchanan* Sacerdos Max. *Rabban Juchanan* f *Zacchai.* R. *Juchanan* f *Baruka.* *Juchanan* f. *Gudguda.* Rab. *Juchanan* calcearius. R. *Juchanan* f. *Joſuæ* f. ſoceri R. *Akibæ.* R. *Joſi* R. *Joſi* f. *Meshullami.* R. *Joſi* f *Hachotephi Ephrataus.* R. *Joſi Galilæus.* *Joſephus* f. *Joazari.* *Joſephus* f. *Juchanani.* Rab. *Joſi* f. R. *Judæ.* Rab. *Joſi.* Sacerdos. *Joſi* fil. *Choni.*

Rabban Gamaliel. *Rabban Gamaliel* ſenex. *Doſithæus Cafardemita.* Rab. *Doſithæus* f. R. *Jannai.* R. *Abæ Saul.* R. *Tarphon.* Rab. *Meir.* R. *Akiba.* R. *Chatzphith.* Rab. *Nathan.* *Nachum Hallablar,* i. Libellarius. R. *Measha.* R. *Zadok.* *Nachum Medus.* R *Doſæus* f *Hircani.* R. *Alai* f. *Cobari.* Rab. *Papias* Rab. *Mathias* fil. *Charashi.* *Nathæus Arbelita.* *Shemaiah Abtalion.* *Hillel Shammai.* R. *Zachariah* fil. *Lanii.* *Admon.* *Chanan* f. *Abſalomi.*

R. *Tadua Babylonius.* *Akibah* f *Mahalleelis.* R. *Jakim Ish Hadid.* *Menachem* f. *Sagnai.* R. *Jacob.* Non autem obſervavimus in recenſendis eorum nominibus ordinem ætatum ipſorum.

Sectio ſecunda, De numero Sapientum quorum incidit mentio in Miſhna, *facti alicujus quod tempore cujuſpiam ipſorum accidit, aut ſententiæ alicujus moralis cujus author fuit, vel textus alicujus quem expoſuit gratia.* Facta eſt in *Mishna* mentio multorum Doctorum non quod ipſis determinationes aliquæ in lege fuerint, quibus aliquod illicitum vel licitum pronunciaverint; verum ob factum aliquod quod tempore alicujus ipſorum accidit, aut quod ſententia aliqua [homines] inſtituerit (quales ſunt illæ quæ recenſentur in *Aboth*) quæ ipſi accepta fertur, aut expoſitionis alicujus author fuerit, quæ cum non ſpectet ad aliquid illlicitum vel licitum pronuntiandum, nomine tamen ejus per-

perhibetur. Numerus autem eorum quorum facta eſt mentio ob aliquam harum rationum quas commemoravimus, aut ſimilium, virorum eſt 37. qui ſunt, 1 R. *Joshua* f. *Levi*. 2. R. *Eleazar Hakkaphar*. 3 R. *Eleazar* f. *Araci*. 4 R. *Eleazar Hammodai*. 5. *Juda* f. *Tema*. 6. R. *Simeon* f. *Nathanielis*. 7 R. *Simeon* f. *Akaſiæ*. 8 R. *Simeon* f. *Chalphetæ* 9 *Chaninah* f. *Duſæ*. 10 *Chananiah* f. *Ezekiæ* f. *Garonis*. 11. R. *Chananiah* f. *Tardionis*. 12 R. *Nechoniah* f. *Hakanæ*. 13. *Iſmael* f. *Phiabii*. 14 *Juchanan* f. *Horonitæ*. 15. R. *Joſi* f. *Judæ* vir *Cafar*, *Babylonius*. 16. R *Joſi* f. *Damaſcenæ*. 17 *Rabban Gamaliel* f. R. *Judæ* principis. 18. R. *Simeon Mitſphitæ*. 19 *Choni Hammeaggel* 20 R. *Hyrcanus*. 21 R. *Jannai*. 22 R. *Nahurai*. 23 *Antigonus* vir è *Seco*. 24 R. *Chilpheta* vir de vico *Chaninah*. 25. R. *Elitus* vir de *Jubneh*. 26. R. *Jonathan*. 27. *Samuel Parvus*. F *Bagbagi*. 29 F. *Ha Ha*. 30. *Elihueini* f *Hakkaſi*. 31. *Chanameel* Ægyptius. 32 R. *Simeon* f. *Manaſſiæ* 33. *Aba Saul* f. *Batnith*. 34 *Zachariah* f. *Kabutari*. 35 *Baba* f. *Butæ*. 36. R. *Iſmael* f. R. *Juchanani* f. *Barukæ*. 37 R. *Iſmael* f. *Joſi*. Sed nec curæ nobis fuit hos juxta ſeriem ætatum ipſorum recenſere. Summa ergo Sapientum quorum mentio eſt in *Mishna* eſt centum viginti octo, cum duobus aliis quorum incidit mentio, qui ſunt *Elisha* alius, quem non accenſuimus cætui iſti ſancto ob hiſtoriam de eo notam, & *Menachem* ſocius *Shammæi*, quem etiam omiſimus cum non occurrat omnino in *Mishna* dictum aliquod ipſius quod affine ſit dictis quæ ibi habentur.

Sectio tertia. De Genealogiis Sapientum Mishnicorum notis. Ejuſmodi ſunt, *Rabban Gamaliel* f. R. *Judæ* principis. R. *Juda* princeps f. *Rabban Gamalielis*, f. *Rabban Simeonis*, f. *Rabban Gamalielis* ſenioris f. *Rabban Simeonis*, f. *Hillelis* principis, qui eſt *Hillel Babilonicus*, ad quem ſectæ ſuæ originem refert poſteriorum Sapientum cœtus, qui appellantur *Domus Hillelis*. Fuitque *Hillel* hic è filiis *Shepatæ* f. *Abitalis* f. *Davidis*: De his ergo ſeptem ſapientibus conſtat fuiſſe ipſos è ſtirpe *Davidis*. Et ſunt ex ipſis quatuor è ſynagoga proſelytorum; nempe *Shemaiyah*, & *Abtalion*, & R. *Akiba*, & R. *Meir*: & ex illis ſacerdotes [ſcilicet] *Simeon* juſtus, cui primario accepta fertur traditio tota, ut ita confirmetur dictum Dei Omnip. gl. *Docebunt judicia tua Jacobum & Iſraelem legem tuam* & R. *Eleazar* f. *Azariæ* qui decimus eſt ab *Ezra*; & *Simeon* patruus ejus, qui notus eſt [nomine] *Simeonis* fratris

fratris *Azaria*. & R. *Eleazar* f. *Shemua*; & R. *Chananiah* vicarius ſacerdotum; & R. *Simeon* filius ejus, qui appellatur R. *Simeon* filius *Haßagon*; & *Iſmael* f. *Phiabii*; & *Juchanan* Sac. Maximus; & *Rabban Juchanan* f. *Zacchai*; & *Joſeph* f. *Toazerls*; & R. *Joſi* ſacerdos; & R. *Tarphon Eliboini* f. *Hakkaph*, *Chanameel Ægyptius*. Reliqui autem *Iſraelitæ* ſunt, ſed, in quantum memini, ignota eſt ipſorum genealogia.

Sectio quarta. *De Syncroniſmis quorundam ex ipſis*. *Simeon* juſtus & R. *Doſa* f. *Hircani*, συγχρονοι erunt; ac diu vixit R. *Doſa* f. *Hircani*, adeo ut attingeret R. *Akibam* & συγχρονος ejus. Atque hæc eſt claſſis prima. Secunda claſſis, *Antigonus Vir Soco*, & R. *Eleazar* fil. *Charſui*. Tertia Claſſis, *Joſi* fil. *Joaziri* vir *Zereda*, & *Joſi* fil. *Juchanan* vir *Jeruſalemi*. Quarta, *Juchanan* fil. *Matathiæ*, & *Joſua* fil. *Perachiæ*, & *Nathai* Arbelita Quinta claſſis, *Choni Hammeaggel*, & *Eliboini* f. *Hakkaſi*, & *Juda* fil. *Tabbai*, & *Simeon* fil. *Setahi*. Sexta claſſis, *Akabiah* fil. *Mahaleelis*, & *Shemaiyah*, & *Abtalion*, & R. *Measha*, & *Chanan*, & *Admon*. Claſſis Septima, *Shammai*, & *Hillel*, & *Menachem*, & *Judah* f. *Batira*, & R. *Papias*, & R. *Juchanan* fil. *Bagbagi*, & *Chananiah* fil. *Hezekiæ* fil. *Garonis* & *Chananiah* fil. *Hakkanæ*, & *Baba* fil. *Butæ*, & R. *Juchanan* fil. *Hachorani*, & *Rabban Gamaliel* ſenex, & *Nachum* Libellarius. Hæ ſeptem Claſſes fuerunt ſub Templo ſecundo ab initio uſque ad finem ipſius, neque excidium ejus viderunt; at claſſis quæ has ſecuta eſt, quæ vidit excidium eſt, R. *Eliezer* fil. *Jacobi*, R. *Zadok* R. *Eleazar* filius ejus, *Rabban Juchanan* fil. *Zacchæi* & diſcipuli ipſius, & R. *Iſmael* f. *Eliſha* Sacerdos ſummus, & *Aba Saul*, & R. *Eleazar Hammodai*, R. *Chananiah* Vicarius Sacerdotum, & *Rabban Gamaliel*, &. R. *Simeon* filius ipſius, & R. *Chaninah* fil. *Antigoni*, & R. *Chaninah* f. *Doſæ*, & R. *Chaninah* fil. *Tationis*, & *Samuel* parvus, & R. *Eliazar* fil. *Perata*, & R. *Eleazar* fil. *Damæ*, & *Chananiah* fil. *Chacinai*, & R. *Judah* fil. *Abi*.

Secunda Claſſis eorum qui poſt excidium vixerunt. R. *Tarphon*, R. *Akiba*, R. *Eleazar* fil. *Azariæ*, R. *Iſmael*, R. *Joſua* fil. *Karchæ*, *Chananiæ* vir ex *Ono*. *Simeon* fil. *Naneſi*, *Juchanan* fil. *Baruka*. R. *Iſmael* fil. ejus, Rab. *Juchanan* fil. *Gudguda*, R. *Eleazar Chaſma*, R. *Judah* fil. *Tema*.

Claſſis tertia. R. *Meir*, R. *Judah*, R. *Joſe*, R. *Nathan*, R. *Jucha-*

chanan Haſſandalar, R. *Joſi Galilæus*, R. *Eleazar* fil. ipſius, R. *Eleazar* fil. *Shemua*, *Simeon* fil. *Azai*, *Simeon* fil. *Zoma*, R. *Chutzphith* Interpres.

Claſſis quarta. Rab. *Judah* Princeps, *Rabban Gameliel*, & Rab. *Simeon* filii ipſius, R. *Simeon* fil. *Juchai*, R. *Eleazar* fil. ipſius, Rab. *Simeon* fil. *Eleazari*, Rab. *Iſmael* fil. *Joſis*, Rab. *Jonathan*, atque hæc ultimus eſt Sapientum *Miſnicorum* Claſſis.

Sectio quinta. *De iis quæ inter eos notum eſt, ſe invicem habuiſſe ut Diſcipulum & præceptorem.* Jam initio ſermonis noſtri diximus *Rabbenu Hakkadosh Mishna* compilatorem fuiſſe Diſcipulum patris ſui, eodemque modo ex avis ipſius filios diſcipulos fuiſſe patrum ſuorum uſque ad *Hillelem*, uſque ad *Simeonem* juſtum, uti memoravimus, ſimiliter *Rabban Jucanan* filius *Zaccai* diſcipulus fuit *Hillelis*, & diſcipuli *Rabban Juchanani*, filii *Zaccai*, fuerunt quinque, ſcilicet Rab. *Eliezer*, filius *Hircani* notæ famæ Vir, Rab. *Joſuah* fil. *Chanina*. Rab. *Joſi* Sacerdos, Rab. *Simeon* fil. *Nathanielis* & Rab. *Eleazar*, filius *Araci*: Atque hic eſt cætus quibus annuntiata eſt vita futura, (prout è *Talmude* notum eſt) ipſis ſcilicet, cum diſcipulis ſuis, & diſcipulorum diſcipulis. Rab. *Akiba* item fuit diſcipulus Rab. *Eliezeris* fil. *Hyrcani*. Fuit is ſcilicet præceptor ejus præcipuus. Legerat etiam aliquid Rab. *Akiba* iſte apud Rab. Tarphonem qui tamen ejus præceptor non fuit, ſed ſocius. Magnum interim honorem detulit Rab. *Akiba*, Rab. *Tarphoni*, vocabatque ipſum Rabbi, cum Rab. *Tarphon* vocaret ipſum [ſimpliciter] *Akiba*. Solebat inſuper Rab. *Akiba* dicere, Rabbi, finas me proferre coram te aliquid ex iis quæ me docuiſti, [prout] declaratum eſt in *Sifra*. Et Rab. *Meir*, & Rab. *Simeon* fil. *Jochai* fuerunt diſcipuli Rab. *Akiba*; is enim præceptor eorum præcipuus erat. Dedicerat enim R. *Meir* à Rabbi *Iſmaelo* alioſque. R. *Juda* ſtudoit apud Rab. *Eleazarum* fil. *Azaria*, atque is præceptor ejus præcipuus fuit. Ubicunque autem legeris in *Mishna* R. ὁ δεῖνα, nomine Rab. τῦ δεῖνος, ſcias illum hujus diſcipulum fuiſſe, ideoque ipſi acceptam tuliſſe [ſententiam.] *Rabbanu Judah* ſanctus autem apud R. *Eleazarum* f. *Shamua* lectioni operam dedit. Et *Simeus* diſcipulus fuit R. *Meiri*, cui quod in votis fuit, ut Rab. *Juda* poſt mortem Rab. *Meiri* diſceret, aſſequi non contigit.

Sectio ſexta. *De Declaratione nominum nude expreſſorum, pleniori*

ris

rii explicationis gratia. R. *Eliezer* ita ſimpliciter appellatus, cujus mentio fit in *Mishna* eſt Rab. *Eliezer* filius *Hircani*, *Rabban Juchanani* fil. *Zaccai* diſcipulus. & Rab. *Joſua* ſimpliciter, eſt R. *Joſua* f. *Chaninæ* diſcip. *Rabban Juchanan* f. *Zaccai*, & Rab. *Judah* cujus ſimpliciter mentio ſit, Rab. *Judah* filius *Il Aii*, de quo in *Talmude* indefinite dictum eſt, *Factum pii cujuſdam*, atque illud nomen ejus apud ipſos notum eſt: & Rab. *Eleazar* ſimpliciter, Rab. *Eleazar* filius *Shemui* Sacerdot. qui συγχρονος erat *Rabban Gamalielis*, apud quem cum deſideraret legere *Rabbenu* ſanctus, non ſiverunt eum diſcipuli ipſius niſi parum quid legere. R. *Shimeon* ſimpliciter in *Mishna* commemoratus eſt, Rab. *Shimeon* fil. *Juchaii* diſcip. Rabbi *Akibæ* ob illud quod ipſi cum *Cæſare* intervenerit celebris, R. *Eleazar Ben.* R. *Simeon* eſt filius ipſius, & *Ben Azaii* & *Ben Zomæ*, & *Ben Naneſi* ſunt illi *Simeon* fil. *Azaii*, & *Simeon* fil. *Zomæ*, & *Simeon* fil. *Naneſi*, *Ben Batira* eſt, R. *Joſuah* f. *Batiræ*, & *Ben Bagbagi* Rabbi *Juchanan* fil. *Bagbagi* & *Juchanan* Sacerdos maximus eſt *Juchanan* f. *Matathiæ* celebris, cujus mentio fit in precibus in Hiſtoria victoriæ in Reges *Græciæ* Cum autem voluiſſent R. *Meir*, & R. *Nathan* ad pudorem redigere *Rabban* Gamalielem patrem *Rabbenu Hakkadosh* in re quam longum eſſet narrare, ipſos à conſeſſu ſuo amovit, quare cum ab alterutro ipſorum ſententia aliqua referatur, ſi Rab. *Meiro* accepta ferenda ſit, dicitur *Alii dicunt*, quod ſi Rab. *Nathani*, dicitur, *Sunt qui dicunt*. Verum quod dicit in *Miſna*, *Nomine* Rab. *Ishmaelis dixit Diſcipulus quidam coram* Rab. *Akiba* [intelligendum] eſt de Rab. *Meir*. Quod autem dicunt *Judicantes coram Sapientibus*, ſunt iſti quinque viri, ſcilicet Rab. *Simeon* fil. *Azai*, R. *Simeon* fil. *Zomæ*, Rab. *Simeon* fil. *Naneſi*, *Chanan*, & *Chananiah* vir *Ono*. Rab. *Meir*, alias appellatur R. *Nahurai*, (quorum utriuſque idem eſt ſignificatus,) nomen autem ejus primario fuit Rab. *Nehemiah*. Cum autem in *Mishna* dicit *Sapientes*; aliquando hoc titulo deſignatur unus tantum eorum quorum nomina præceſſerunt, alias autem totus cœtus. Ita frequenter in *Talmude* explicationis gratia dicit, *Quinam ſunt Sapientes iſti?* R. ו' חנינא. Hoc autem facit quando invenerit multos quod ab iſto Sapiente dictum fuerit amplexos eſſe, ideoque cum multi fuerint qui eam ſequantur ſententiam, Sapientes indigitat, licet ille cui accepta fertur unus ſit. Ubi autem dicit *Domus Shammai*, & *Domus Hillelis*, innuit cœtum qui *Shammai* & *Hillelis* ſententiam amplectuntur, cum

diſcipuli alicujus domeſtici ipſius [habeantur.] Rabbi autem eſt *Rabbenu Hakkadosh*: eſtque ille Rab. *Judah* princeps, ſextus ab *Hillele* ſene, Author *Mishna*. Ubicunque autem dicit in *Mishna*, *Revera*, eſt conſtitutio *Moſis* è *Sina*, ubi ſimpliciter dicitur *Mishna*, illud eſt in quo concurrunt, atque idem ſentiunt univerſi, ita ut nulla ſit de eo controverſia, aut illud quod alii ad alios [ſucceſſive] uſque à *Moſe* derivarunt uti initio ſermonis noſtri explicavimus. Proximus autem *Kabbaliſtarum* cui acceptum fertur dictum illud eſt R. *Meir*, atque hoc eſt quod volunt cum dicant, *Mishnah* abſolute poſitum eſt Rab. *Meir*, niſi in quibuſdam locis abſolute poſitis. Quæ [exhibent ſententiam] Rab *Meir* ſolius, in qua ab eo diſcrepatur, aut [ſententiam] alius à Rab. *Meir*; quæ explicat *Talmud*. Cumque nos ſententias deciſuri ſimus ex ejus mente cujus obtinet ſententia, in ſingulis per totam *Mishnam*, conſuetudinibus quantum tibi quod ad hoc propoſitum ſufficiat habiturus es.

Sectio ſeptima. *De Gradibus ipſorum, prout Author* [*Miſhna* ipſos] *diſpoſuit*. Diſtribuuntur illi quorum facta eſt mentio in *Mishna*, (qui ſunt uti præmiſimus centum viginti octo) in tres gradus. Cum quis apud ipſum in magno honore fuerit, atque omnium ſuprenus, illum nomine ſuo appellat, ex. grat. *Hillel*, *Shammæus*, *Shemaiah*, *Abtalion*, quod magnitudinis ipſorum [indicium] eſt, cum non potuerit reperiri Epitheton aliquod quo fama ipſorum illuſtrior redderetur, uti neque Prophetæ Epitheto aliquo celebrantur. At qui apud ipſum gradu his inferiori fuerint, illos appellat *Rabban*, ut cum dicit, *Rabban Gamaliel*, & *Rabban Jucanan* fil. *Zaccæ*. Qui his denique gradu inferiores, audiunt apud ipſum *Rabbi*, ut cum dixit, R. *Meir*, R. *Juda*. Appellat etiam eos qui hoc gradu ſunt *Aba*, ut cum dicit, *Aba Saul*. Aliquando tamen ultro omittitur ipſorum titulus, veluti cum dicit, *Simeon* frater *Azariæ*, & *Eleazar* vir *Bartutæ*. Omnes autem illi quos honoris gratia nominibus ſuis appellavit, hi ſunt *Simeon Juſtus*, *Antigonus*, Vir *Soco*, *Joſi* f *Joazeris Joſi* f. *Juchanan*, *Juchanan* Sacerdos Summ. *Joſua* f. *Perachiæ*, *Nathan Arbelita*, *Honi Hammaggel*, *Elihoini* f. *Hakkaphi*, *Chanameel Ægyptius*, *Juda* filius *Tabbai*, *Simeon* fil. *Setahi*, *Akabiah* filius *Mahaleelis*, *Shemaiah*, *Abtalion*, *Chanan*, *Admon*, *Hillel*, *Shammai*, *Nahum Hallablar*, *Hananiah* f. *Hezekiæ*, f. *Garonis*, *Baba* fil *Butæ*, ſi quos autem præter hos nominibus ſuis

in

indigitatos reperies, Epitheta à nominibus ipſorum ultro ſeparata eſſe [ſcias.]

Sectio octava. *De Deſcriptione ipſorum reſpectu habito ad patriam, artes, perſonas, tribus.* E numero Authorum quos majoris explicationis gratia deſcripſit [aliis] modis, alii ſunt quos ab attibus ſuis deſcripſit, quo notiores ipſos faceret, ut cum dicit, *Nabum Hallablar* [*i.* Librarius] & R. *Simeon Haſhazuri*, alii, quos à patria, ut cum dicit, vir *Hadid*, vir *Ono*, vir *Bartuta*, [oriundus] at cum dicit, vir *Zereda*, vir *Jeruſalemi*, aliorumve locorum, hoc innuit fuiſſe ipſum doctiſſimum atque celeberrimum è locis illius [incolis,] ac ſi diceret Perſonam iſtam è loci iſtius incolis, merito appellari *Virum*; alii quos à nomine patris, vel fratris, ut cum dicit, R. N f. R. N. aut R. N. frater R. N quod ſæpe occurrit; alii denique quos à tribu ſua, ut cum dicit, ὁ δεῖνα Sacerdos.

Sectio nona, *De illis inter quos in p'eriſque accidit diſcrepantia.*

Illi quos invenies in *Miſhna* in pleriſque inter ſe diſcrepare ſunt, R. *Meir*, R. *Juda*, R. *Simeon*, & R. *Joſi*, inter utrumvis horum par, imo & inter ſingulos quatuor, diſcrepantiam reperies. *Rabbi Eleazarem* etiam reperies ab unoquoque ipſorum diſcrepare, verum rarius quam ipſi inter ſe diſcrepent. Similiter R. *Akibam*, & R. *Eliezerem*, & R. *Joſuam*, reperies unumquemque à cæteris diſſentire, nec non ſingulos tres invicem, rarius tamen quam prædictos quatuor. Reperies etiam differentiam inter R. *Akibam*, R. *Iſmaelem*, R. *Tarphonem* & R. *Eleazarum* f. *Azariæ*, ſed minorem diſcrepantia prædicta. Proximi his in diſcrepando ſunt Domus *Shammai*, & Domus *Hillelis*; poſt hos autem *Rabban Gamaliel*, aut *Rabban Simeon*, f. *Gamalielis*, aut *Rabbi* cum unoquoque è prædictis; atque inter has perſonas diſcrepantia eſt in maxima *Miſhnæ* parte paucis tantum exceptis.

Sectio decima, *De partitione ſententiarum ab ipſis traditarum ſecundum raritatem & frequentiam.* Sapientum iſtorum quibus acceptæ feruntur ſententiæ in *Miſhna* eo modo quo [illos] partiti ſumus, alii ſunt quorum nomine multæ referuntur ſententiæ, veluti R, *Meir*, & R. *Judah*: alii quorum nomine pau-

cæ traditæ perhibentur, veluti R. *Eliezer* f. *Jacobi*, uti dixerunt *Mishna*, R. *Eliezeris* fil. *Jacobi* eſt *cabus* & *purus* i. e. parum quid, at quod in uſu. Jam vero gradus multitudinis aut paucitatis ſententiarum ab ipſis traditarum eſt juxta frequentiam aut raritatem diſcrepantiarum [quæ ipſis contigerunt] quarum Sectione præcedente meminimus. Suntque ex ipſis quorum non recipitur in *Mishna* præter unam tantum ſententiam, neque alias occurrit nomen ipſorum in aliquo judicio ad legem ſpectante; qui ſunt numero triginta octo: Scilicet *Nahum Habablar*, & Rab. *Measha*, qui memorantur in c. *Peah* tantum, ita ut non alibi repetatur aliquod ipſorum dictum. Ut & *Hananiah* fil. *Hacinai*, & R. *Joſi* f. *Hachotephi Ephrataus*, in *Celaim* tantum. Rab. *Eleazar Haſma*, & R. *Joſi* fil. *Meshullam*, in *Terumoth* tantum. R. *Chotſpit* in *Shabiit*. Rab. *Eleazar* fil. *Judæ* vir *Bartuta*, & *Dotſhai* vir *Caſar Dema*, in *Orlah* tantum. *Nahum Medus*, in tract. de Sabbatho tantum. Rab. *Elaaius* & Rab. *Doſitheus* fil. *Janai*, in tract. *Erubin* tantum. Rab *Simeon* fil. vicarii Sacerdotum, & fil. *Cobari*, in *Shekalim*. *Judah* fil. *Tabbai* & *Simeon* fil. *Setahi*, & *Joſi* fil. *Joazeris*, & *Joſi* fil. *Joannis*, & *Nahæus Arbelita*, & *Joſuah* fil. *Perachiæ*, in *Chagigah* tantum. *Simeon Temanita*, & *Nehemiah* vir *Beith Deli*, in *Tebamoth* tantum. Rab. *Eliezer* fil. Rab. *Joſi Galilæi*, & Rab. *Joſua*. fil. *Hyrcani*, in *Sotah* tantum. *Jeduah Babylonius* in *Metziah* tantum. Rab. *Simeon* fil. *Judæ*, in *Shebuoth* tantum. Rab. *Simeon* fil. *Batiræ*, & Rab. *Nechoniah* fil. *El Nathanis* vir *Caſar Babylonius*, & Rab. *Joſi* Sacerdos, & Rab. *Jakim* vir *Hadid*, & *Menachem* filius *Saganai* in *Edaioth* tantum. *Simeon* frater *Azariæ*, & *Joſi* fil. *Honi*, in *Zebachim* tantum Rab. *Eleazar* filius Rab. *Simeonis*, in *Temurah* tantum. Rab. *Jacob* in *Negaim* tantum. Rab. *Eleazar* filius *Phiabi* in tract. *Taharoth* tantum. Rab. *Joannes* fil. *Jeſuæ*, fil. Soceri Rab. *Akibæ*, in *Tadaim* tantum. Ex his jam commemoratis alicui non eſt in omnibus judiciis *Mishnæ* præter unam ſententiam quæ ei accepta fertur, eaque in eo quem deſignavimus tractatu. Atque ita ad finem perductum eſt illud quod viſum eſt nobis præmittere. Pergimus jam ad explicationem uti promiſimus.

ORDO PRIMUS

ZERAIM.

ORDO PRIMUS
ZERAIM.
TIT. I.
BERACOTH.
SIVE
DE PRECUM FORMULIS.

CAP. I.

A Quo tempore recitant [1] Shemam veſperi? ex quo admittuntur [2] Sacerdotes ad primitias comedendas, ad finem uſque [3] vigiliæ primæ. Verba R. Eliezeris: at Sapientes dicunt uſque ad mediam noctem. Rabban Gamaliel ait, uſque dum [4] aſcenderit columna auroræ. Caſus. Redeuntes filii ejus à domo convivii dixerunt, nondum recitavimus Shemam? quibus ille; ſi nondum aſcenderit columna auroræ, [5] tenemini ad recitandum. Neque

1 *Shemam.*] Ita à prima voce שמע *Audi*, vocant tres pericopas, quas bis quotidie ordine recitare ſolent, veſperi & mane. Deſumuntur illæ ex Deut. VI. 4, 5, 6, 7, 8, 9. XI. 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21. & ex Num. XV. 37, 38, 39, 40, 41. Hæ pericopæ clare indicantur ſtatim infra, II. 2. & Tamid. V. 1. & exſtant hoc nomine in Liturgiis Judæorum. Gravis ideo oſcitantia eſt virorum in Judæorum literis verſatiſſimorum, qui formulam hanc cum תפלין, ſive Phylacteriorum formula confundunt; adeoque קריאת שמע ſubinde exponunt, *Recitatio Phylacteriorum.* Ita Lightf. in libro vernacule ſcripto de Miniſterio Templi. IX. ſect. 4. Hor. ad Matt. X. 34. XIV. 23. & alibi frequenter. Pericopæ Phylacteriorum membranis inſcribi ſolitæ quatuor ſunt. Menac. III. 7. de quibus infra III. 1. Adeat Lector Judæorum libros rituales; Maimonidis Yad, Shulcan Aruc, Arba turim, &c. verum eſſe, quod dixi, comperiet.

2 *Sacerdotes.*] Nempe qui polluti fuerant, nec admittuntur ad primitiarum epulas, niſi poſt occaſum ſolis, cum jam appareant ſtellæ.

3 *Vigilia.*] Judæi noctem in tres vigilias diſpertiunt. Maim. Bertin. conſer etiam RR. Sal. & Kimc. ad Jud. VII. 19. Falſusitaque Joſephus Scaliger, qui in opere de Emendatione Temporum Hebræos totum νυχθήμερον in quatuor partes diviſiſſe tradit, quas vigilias vocabant. Id nemo Hebræorum dixerit. Attamen Evangelia quartam noctis vigiliam ponunt. Matt. XIV. 25, &c. Sed illud ex Romanorum diſcipina.

4 *Aſcenderit columna aur.*] Uſque ad diluculum. Ita loqui amant & Arabes. سطع عمود الصبح, *elato eſt, vel diffudit ſe columna auroræ.* Jauhar. in عمد.

5 *Tenemini.*] Al. *licitum eſt recitare.*

que hoc duntaxat; verum ubicunque dixerint Sapientes, uſque ad mediam, præceptum valet donec aſcenderit columna auroræ. De adolendis adipibus & membris præceptum valet uſque dum aſcenderit columna auroræ. Et quæcunque comedenda ſunt eodem die, præceptum de illis valet donec aſcenderit columna auroræ. Si ita, quare dixerunt Sapientes, uſque ad mediam? ut procul arcerent homines à tranſgreſſione.

2. A quo tempore recitant Shemam mane? ex quo dignoſcat quis cœruleum ab albo. R. Eliezer ait, cœruleum à praſino. finiunt autem priuſquam emicet ſol. R. Joſua ait, [1] ante elapſas tres horas: quia ita ſolent Regum filii tertia demum hora ſurgere. Qui dehinc recitat, non ludit operam, veluti is qui Legem legit.

3. Sammæani dicunt, veſperi omnes reclinati recitant, mane vero ſtantes, quia dicitur (Deut. VI. 7. XI. 19.) *quando cubueris & quando ſurrexeris.* At Hillelæi dicunt, unuſquiſque recitat [2] prout ſe habuerit, quia dicitur (ibid.) *cum inceſſeris per viam.* Si ita, quare dicitur, *quando cubueris, & quando ſurrexeris*? nimirum ad tempus indigitandum, quo ſolent homines cubare, & quo ſolent ſurgere. [Inquit [3] R. Tarphon; cum in itinere eſſem, reclinavi me ad recitandum ex Sammæanorum ſententia, & periclitatus ſum à latronibus: dixerunt mihi, potuiſti ita de teipſo in culpa fuiſſe, quod Hillelæorum verba tranſgreſſus ſis.]

4. Mane recitant [4] preces duas ante, & unicam poſt; veſperi duas ante, duas itidem poſt: [5] unam longam, alteram vero brevem. Quo loco longam adhibere juſſerint, haud integrum ei eſt adhibere brevem:

3 *Ante elapſas tres horas.*] Id eſt, ante elapſum quadrantem diei primum. Semper enim in Miſna horæ intel iguntur ז'מניות, inquit Maimonides; i. e. *temporales*, quæ pro dierum inæqualitate variæ creſcunt & decreſcunt. Tales exprimit Salvator noſter Joh. XI. 9. ὡραι δωδεκα τῆς ἡμερας ; *horæ duodecim diei*;

2 *Prout ſe habuerit.*] Hebr. ad verbum *juxta viam ſuam.*

3 *R. Tarphon.*] Ita legunt Judæi. Veteres efferebant Τρύφων. Nomen ſatis notum ex Maccabæicis, Joſepho, & Juſtino Martyre. Uncinulis incluſa abſunt à Talmude Hieroſ.

4 *Preces duas.*] Prima Judæis dicitur יוצר, & ſic incipit באמת יוצר אור, *Beneficiis tu Domine Deus noſter, Rex mundi, formans lucem.* Secunda dicitur אהבה, & ſic incipit, אהבת עולם אהבתנו, *Amore æterno amaſti nos.* Deinde ſequuntur tres pericopæ prædictæ, & poſt eas oratio dicta אמת ויציב, quia incipit verbis iſtis, *Verum & ſtabile.* Atque to a hæc formula vocatur Shema matutina. Shema veſpertina duas habet preces ante, quarum prima dicitur מעריב ערבים באהבה אמה, quia ſic incipit *Benedictus tu Domine Deus noſter, Rex mundi, qui induxit Veſperas.* Secunda dicitur אהבת עולם בית ישראל עמך אהבת, quia ſic incipit, *Amore æterno domum Iſraelitæ, populum tuum amaſti.* Deinde ſequuntur eadem tres pericopæ; poſt eas duæ orationes, quarum prima dicta אמת ואמונה, quia his verbis incipit, *Veritas & fidelitas.* Secunda השכיבנו, quia ſic incipit, *Cubare fac nos.* Qui integras voleat, ex Liturgiis petat.

5 *Unam longam &c.*] אשתים שלפניה קאי inquit Bertinorius; *pertinent hæc ad duas preces ante Shemam.* R. Salomo pertinere vult ad duas poſt Shemam veſpertinam. Volunt autem tam R. Obadias, quam Maimonides longam eam dici, quæ incipit, & deſinit cum ברוך אתה &c. brevem contra, quæ non ita incipit & deſinit. Sed hi ſunt Gemaræ ſtarum luſus. Probo ſententiam R. Salomonis, ut verba referantur ad duas orationes poſt Shemam veſpertinam, quarum altera longa, altera vero brevis.

1 *Clau-*

vem: brevem, haud integrum ei eſt adhibere longam. 4. Clauſulam addere, non licet non addere; non addere, non licet addere.

5. Commemorant exitum ex Ægypto noctibus. Ego quidem, inquit R. Eleazar filius Azariæ, quaſi ſeptuagenarius fui, nec hoc aſſecutus ſum, exitum ex Ægypto noctibus recitandum eſſe, donec illud elicueret Ben Zoma ex eo quod dicitur, (Deut. XVI. 2.) *ut memineris diei exitus tui è terra Ægypti omnibus diebus vitæ tuæ.* *Diebus vitæ tuæ*, dies denotat; *omnibus diebus vitæ tuæ*, & noctes. At Sapientes dicunt, *Diebus vitæ tuæ*, mundum hunc; *omnibus diebus vitæ tuæ*, ut includantur dies Meſſiæ.

CAP. II.

1. SI cui legenti in Lege ſupervenerit tempus recitationis, dummodo intento animo id fecerit, abſolvitur; ſin minus, non abſolvitur. In clauſulis ſalutant honoris ergo, & reſalutant; in medio timoris ergo ſalutant & reſalutant. Verba R. Meiri. At R. Juda dicit, in medio timoris ergo ſalutant, & honoris ergo reſalutant: in clauſulis honoris ergo ſalutant, & cuivis homini ſalutem reponunt.

2. Clauſularum interſtitia hæc ſunt; inter orationem primam & ſecundam; inter ſecundam & *Audi*; inter *Audi*, & *Atque erit ſi audiendo*; inter *Atque erit ſi audiendo*, & *Et allocutus*; inter *Et allocutus*, & *Verum & ſtabile*. R. Juda ait, inter *Et allocutus*, & *Verum & ſtabile*, non eſt ſubſiſtendum. Inquit R. Joſua Ben Korcha, quare præmittitur *Audi*, quam *Atque erit ſi audiendo*? nimirum ut ſuſcipiant in ſe jugum Regni cœlorum primum, deinde vero in ſe ſuſcipiant jugum præceptorum. *Atque erit ſi audiendo*, quam *Et allocutus*, quia *Atque erit ſi audiendo*, obtinet interdiu noctuque: *Et allocutus*, interdiu tantum.

3. Qui recitaverit Shemam ita ut ſonus ad aurem ſuam non pervenerit, abſolvitur. R. Joſes ait, non abſolvitur. Si inter recitandum literas non enunciaverit accurate, ſecundum R. Joſen abſolvitur: juxta R. Judam non abſolvitur. Qui recitat præpoſtere non abſolvitur: ſi inter recitandum erraverit, revertitor ad locum ubi erravit. 4. Ar-

1 *Clauſulam addere.*] Maim. ſimpliciter *ſubſiſtere*. Sed חתם non ſolum eſt concludere, ſed etiam in fine aliquid coronidis loco apponere. Coronis iſta formula eſt ex initio orationis expreſſa. Veluti in Præcatione יוצר אור, exempli cauſa, coronis apponitur, ברוך אתה יהוה יוצר המאורות, *Benedictus tu Domine, qui formas Luminaria.* Ita fere reliqui Judæi, & ita ipſe Maimonides ſe-

2 *Commemorant exitum.*] Id eſt, recitant etiam præcipiam Shemæ, in qua habetur mentio exitus ex Ægypto Num. XV. 41.

3 *Interdiu noctuque.*] Non quod peripoſa hæc non ſit recitanda in Shema Veſpertina, quod ſæpe ſolet. Sed quod Præceptum in ea contentum de penicu'amento geſtando interdiu tantum

4. Artifices recitant in cacumine arboris, vel in ſummitate [1] parietis: quod in oratione facere non licet.

5. Sponſus immunis eſt à recitatione Shemæ nocte prima, & uſque ad exitum ſabbathi, niſi opus fecerit. Caſus de Rabban Gamaliele, qui nocte prima, quum uxorem duxerat, recitavit. Cui diſcipuli; nonne docuiſti nos Magiſter, ſponſum immunem eſſe à recitatione Shemæ prima nocte? quibus ille; non auſculto vobis, ut à memet abrogem jugum regni cœlorum vel horulam unam.

6. Lavit ſe nocte prima poſt mortem uxoris. Interrogaverunt eum diſcipuli; nonne docuiſti nos Magiſter prohibitum eſſe lugenti ſeſe lavare? reſpondit ille; ego non ſum perinde ut cæteri homines; [2] infirmus enim ſum.

7. Cumque obiit [3] Tabi ſervus ejus pro eo conſolationes admiſit. Interrogaverunt eum diſcipuli; nonne docuiſti nos Magiſter, conſolationes pro ſervis non eſſe admittendas? reſpondit, non erat Tabi ſervus meus ſicut reliqui quilibet ſervi; probus erat.

8. Sponſus, ſi Shemam nocte prima recitare velit, recitato. Rabban Simeon filius Gamalielis cenſet, non cuilibet licere, qui nomen ſibi arrogare velit, illud arrogare.

CAP. III.

1. SI cui mortuus quis è ſuis coram ipſo jacet, immunis habetur à recitatione Shemæ, à precatione, & à [4] Phylacteriis. Portantes

obliget. Præceptum autem de תלמוד תורה, ſive de *filiis in Lege inſtruendo*, quod in pericopa priore continetur, ſemper obtinet.

1 *Parietis.*] Maimonides hic & ad Chel. XX. 5. notat multos exſpitaſſe in voce גדר explicanda. Ille autem ſic exponit, ut ſit unus duorum aſſerum ſex cubitos longorum, altorum circiter duos, qui interpoſitis lignis ad quamvis diſtantiam, pro craſſitudine parietis, quem ſtruere velis, continentur, uſque dum ingeſta terra in parietem indureſcat. Sed & ipſum iſtiuſmodi parietem dici גדר addit; præſertim hoc in loco. Vulgo טאפיה, vel & טאפיה: uti ex Maimonide affert R. Tanchum Hieroſolymitanus. Et certe Plinius docet *in Africa Hiſpaniaque ex terra* fieri *parietes, quos appellant formaceos, quoniam in forma circumdatis utrinque duabus tabulis inferciuntur veris, quam inſtruantur.* XXXV. 14. Formaceos ejuſmodi parietes ab Hiſpanis *Tapias* appellari notat Joh. de Laet ad Vitruv. II. 8. eadem plane voce, quam habet Maimonides. Sed certe quicquid dicat Maimonides, גדר aliud eſſe, & revera lapidum ordinem, vel chorium, (ut dixerit Vitruvius) in Structura ordinaria denotare, ſatis patere poteſt ex Ezræ VI. 4. clariſſime idem infra conſtabit ex Midd III. 7. Ohol. XIV. 1. Rectius ergo R. Tanchum aliorum auctoritatem ſecutus, exponit per רומס & רואמס, quæ voces Græcæ ſunt, in Architectorum Arabum uſum receptæ. Notum ſatis quid ſit δόμος Herodoto, LXX. Interpretibus, & Joſepho; unde Vitruvio Structura Iſodomus, & Pſeudiſodomus, prout δόμοι, i. e. ordines lapidum æquales fuerint, vel inæquales. Hujuſmodi δόμος, ſive chorium Hebræis dicitur גדר, atque hic ſynecdochice ponitur pro ipſo pariete. Sed de hac re plura ad Midd. III. 7. ubi etiam lucem allaturus ſum dnobus Joſephi locis nondum ſatis intellectis. Quæ ibi dicturus ſum hic non occupo.

2 *Infirmus.*] חלשנים. Græcum eſt ἀσθενής. Ideo balneo utor.

3 *Tabi.*] Nomen maſculinum, cujus fœmininum Ταβιθὰ in Actis Apoſtolorum.

4 *Phylacteriis.*] De Phylacteriis jam ſupra monui, ea continere quatuor Legis pericopas ex Exodo & Deuteronomio deſumptas: Exod. XIII. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, & 11, 12, 13, 14, 15, 16.

ex

tes feretrum, & ipſorum vicarii, & vicariorum vicarii, qui præcedit, & qui ſequitur feretrum, quotquot feretro opus ſunt, immunes habentur: qui autem feretro non ſunt opus tenentur. Utrique immunes ſunt à precatione.

2. Sepulto mortuo cum revertuntur, ſi poſſint inchoare & abſolvere antequam perveniant ad [2] cœtum, incipiunto; ſin minus, ne incipiunto. Stantium in cœtu interiores immunes habentur, exteriores tenentur.

3. Fœminæ, & ſervi, & minores immunes ſunt à recitatione Shemæ, & Phylacteriis, tenentur autem ad precandum, & de [3] ſcheda poſtium, & ad benedicendum pro cibo.

4. [4] Fluxum paſſus mente recolit, nec benedicit ante vel poſt. Pro cibo benedicit poſt, non autem ante. R. Juda ait, benedicit tum ante, tum poſt.

5. Qui precans ſtat ſi meminerit ſe fluxum paſſum, ne abrumpat, ſed decurtato. Deſcenderit ad lavandum, ſi aſcendere poſſit, ſeſe veſtire, & recitare priuſquam ſol emicet, aſcendat, & veſtiat ſe, & recitet: ſin minus aqua ſe contegat & recitet. Sed ne tegat ſe aqua fœti-

ex Deuteronomio eaſdem quæ ſupra in Shema. Falluntur enim, qui Hieronymum ſecuti Phylacteriis decalogum inſcribi ſcriptitant. In Phylacteriis capitis, in ſumma fronte geſtari ſolitis, ſingulæ iſtæ pericopæ ſingulis membranis inſcribuntur, & totidem capſulis thecæ coriaceæ includuntur: in Phylacteriis brachialibus, eædem pericopæ unicæ membranæ, ſed per quatuor columnas vel pagellas diſpoſitæ inſcribuntur, & omnes eidem capſulæ coriaceæ includuntur. De his multa & ſuperſtitioſa tradunt Judæorum ritualia, ex Talmude deſumpta pleraque, quæ longum foret, & extra propoſitum meum hic perſequi. Nonnulla pro re nata infra ad Megill. I. 8. Menac. III. 7. attingemus. Cætera, qui vult, ex Maimonide petat. Hal. Tephillin.

1 *Cœtum.*] Mos erat, ut ſepulto mortuo, omnes à Sepulchro parumper recederent ad locum מעמד, ſive *ſtationis*. Ibi lugentes ſtabant, & operiebantur conſolantes, eorumque conſolationes recipiebant. שורה eſt vel locus iſte, vel cœtus ibi collectus.

3 *Scheda poſtium.*] Membrana tenuis, cui inſcribuntur duæ pericopæ ex Deuteronomio eædem quæ in Phylacteriis, quæ dextro ædium poſti infigitur. De hac plura ad Menac. III. 7.

4 *Fluxum paſſus.*] Errant, qui vocem קרי reſtringunt ad caſum nocturnum, vel pollutionem nocturnam, uti faciunt Buxtorfius & Sheringamius. Item Joſeph. Scaliger Prol. ad Euſ. Chr. & in Elenc. ubi ὀνειρογμὸν, interpretatur, eleganter magis, quam vere. Notionem iſtam accerſunt à קרה *accidere*. Sed aliter Judæi. Maimonidi בעל קרי is eſt الذي يجامع باختياره او بغير اختياره, *qui ſemen emiſerit, ſive voluntarie, ſive involuntarie*. Adeoque alibi palam diſtinguit inter שראה קרי לאונסו, & בעל קרי שבעל; *eum qui id paſſus eſt in coitu, & eai præter voluntatem acciderit*. Hal. Tephilla IV 6. atque ita eorum alii. Ni fallor vocis origo petenda eſt ex lingua Arabica, ubi Arabum Critici vocem قرو reſtringunt quidem ad mulierum fluxum menſtruum, tanquam ad ſenſum primarium. Ita in materia non multum diſſimili ab ea quam tractamus, in Jure Mohammedanorum traditionali, quod Sonnam vocant, Præceptum habetur ad ſequiorem ſexum ſpectans. دعي الصلاة ايام اقرائك, *Omitte precari, dum fluunt menſes*. Sed multo latius patet uſus hujus vocabuli apud antiquiores. id mihi ſuadent verſus Poetæ, qui ad ſtatum cœli pluvioſum hanc vocem refert.

اذا ما السما لم تغم ثم اخلفت
قرو الثريا ان تكون لها قطر.

Cum cœlum nubibus carnit, tum pluvioſus Pleiadum ſtatus expectationem fefellit, ut foret pluvia. Ubi Jauharius: يريد وقت وجوبها الذي يمطر فيه الناس *intelligit* (inquit) *tempus καρουχίας Pleiadum, quum hominibus pluviam cient.* Qui Judæorum & Arabum

fœtida, vel aqua macerationis. [1] uſque dum affuderit ei aquam. Quantum autem recedere debet ab illa, & à merda? quatuor cubitos.

6. Profluvioſus qui fluxum ſenſerit, & menſtruata quæ excreverit concubitus ſemen, & quæ in congreſſu ſenſerit ſe menſtruatam, opus habent immerſionis: at [2] R. Juda liberat.

CAP. IV.

1. PRECES matutinæ uſque ad meridiem. R. Juda dicit, uſque ad horam quartam. Preces pomeridianæ uſque ad veſperam. R. Juda dicit, uſque ad medium [3] tempus pomeridianum. Precibus veſpertinis nullum eſt præſtitutum tempus. [4] Addititiæ per totum diem. [5] R. Juda dicit, uſque ad horam ſeptimam.]

2. R. Neconias ben Hakkana precari ſolitus eſt cum ingrederetur ſcholam, & cum egrederetur, precatiunculam brevem. [6] Interrogaverunt eum; quorſum preces iſtæ? reſpondit; in ingreſſu precor, ne quod ſcandalum per me eveniat; in egreſſu gratias ago ob ſortem meam.

3. Rab

Arabum uſum in hac voce perpendat, intelliget eam ad omnem fluxum pro origine ſua recte accommodari. Judæi honeſtatis cauſa pro ea re, quam dixi, ponunt; nempe ut rem turpem honeſto vocabulo velarent. Hæc fuſius, ut errorem, qui omnium fere animos obſederat, tandem avellerem. Quod ergo legitur מקרה לילה Deut. XXIII. 10. non vertendum proprie *à caſu* vel *ab accidente noctis*: ſed *à fluxu nocturno*, ἀπ' ῥύσεως νυκτὸς, ut LXXII.

1 *Uſque dum.*] Gemara notat hunc locum deficere. Defectum ſic ſupplet Maimonides Gemaram ſecutus; ולא יקרא בנגד מי רגלים ער שיטיל &c. *nec recites ex adverſo lotii uſque dum affuderit &c.* Defectus iſtiuſmodi & alibi Gemara quam ſæpiſſime vel detegit, vel fingit.

2 *R. Juda liberat.*] Quippe cenſet fruſtra luſtratione tolli minorem immunditiem, dum reſtat major.

3 *Tempus pomeridianum.*] מנחות definiente Maimonide complectitur illud diei ſpatium, cum adhuc reſtant duæ cum ſemi horæ κυμαντικαὶ. Adeoque juxta eum medium temporis iſtius incidit in elapſum dodrantem undecimæ horæ κυμαντικῆς currentis. Ita etiam Bertinorius. Sed longe aliter Commentator quidam Arabs ad Liturgiam Judæorum Alexandrinorum MS. quam ex oriente tranſmiſit Cl. Robertus Huntington. Autor ille alicubi ſe appellat יאסוח בן יהושע. Is autem תפלות מנחה exponit Arabice צלות العشا, *Preces temporis* אלעשא. Quid autem ſit العشا ſic ulterius declarat: ואחר אלעשא אלדי תצלא פיה הוה אלצלות מן וקת יתבין זואל אלשמס ורוב מן נצף אלאכיר מן אלסאעה אלסאבעה ואלי מגיב אלשמס. *Spatium* العشا, *ſive temporis quo preces hæ peraguntur, eſt à tempore quo conſpicua eſt ſolis declinatio, nempe ab ultima ſemiſſe horæ ſeptimæ ad uſque occaſum ſolis.* Et quidem ipſe Maimonides ſerius in Yad, Hal. Tephilla III. 2, 3, 4. in eandem ſententiam deſcendit. Notat autem totum illud tempus pomeridianum dividi in duas מנחות, ſive διὰς: quarum prima ab elapſa ſemihora poſt meridiem ad ſemihoram poſt nonam מנחה גדולה dicitur. i. e. διὰς *major*, vel διὰς πρώτη; quæ eam ſequitur ad horæ dodrantem poſt decimam, ſive potius ad uſque occaſum ſolis, מנחה קטנה, διὰς *minor*, vel διὰς ἑσπέρα. Totum autem hoc tempus pomeridianum his precibus idoneum ſtatuit.

4 *Additiæ.*] Sabbathorum & dierum feſtorum.

5 *R. Juda.*] Uncis incluſa abſunt à MS. & à Tal. Hieroſ.

6 *Interrogaverunt eum.*] *Diſcipuli.* Ita addit Talm. Hieroſ. Formulæ autem extant in utroque Talmude, ſed non ſine inſigni diſcrepantia. Inde petat lector, vel ex commentariis Maimonidis

3. Rabban Gamaliel dicit; singulis diebus quisque recitat preces [1] Octodenas. R. Josua dicit; [2] quod ad Scopum Octodenarum faciat. R. Akiba censet; si cui precatio expedita sit in ore, Octodenas precabitur; sin minus, quod ad Scopum Octodenarum faciat.

4. R. Eliezer dicit; qui preces suas [3] pensum facit, ejus preces non sunt supplicatoriæ. R. Josua dicit; qui proficiscitur per locum periculosum, precatur precationem brevem, [[4] quæ ad scopum Octodenarum faciat,] sic; *Salvum præsta Domine populum tuum, residuum Israelis: [5] in omni transitus diverticulo sint necessitates eorum in conspectu tuo. Benedictus tu Domine, qui exaudis preces.*

5. Qui insidet asino, descendito; si descendere nequeat, faciem convertito; si faciem nequeat convertere, advertat animum domum Sancti Sanctorum.

6. Qui sedet in nave, vel curru, vel [6] esseda, animum advertat domum Sancti Sanctorum.

7. R. Eleazar filius Azariæ censet preces addititias non peragendas

dis ad locum: vel etiam ex utralibet editione Mishnæ Amstelodamensi, ubi impressæ habentur ad calcem hujus Ordinis. Secundam autem conferre meminerit cum oratione Pharisæi, Luc. XVIII. 11, 12. Non ovum ovo similius.

1 *Octodenas.*] Extant in Liturgiis statim post Shemam, & à Judæis Ezræ Authori tribuuntur. Maim. Hal. Tephilla, I. 5. Hîs decimam nonam addidit Rabban Gamaliel, ut Maimonides ibid. II. 1. vel ejus mandato R. Samuel junior, ut author est R. David Ganz, ad an. MMMDCCLXXXV. nempe post Synedrium Jamniam translatum; hoc est, statim post Christum crucifixum. Concipitur illa contra המינים *Hæreticos*, qui isto tempore Judæos à religione sua pellicebant. Per Hæreticos Christianos intelliguntur tunc temporis primum ortos. De nomine מינים infra agemus IX. 5. Oratio ista Rabban Gamalielis auctoritate superinducta jam ordine duodecima visitur in Liturgiis.

2 *Quod ad Scopum Octodenarum faciat.*] Neminem in errorem inducat autoritas Lightfootii, qui מעין summulam, vel epitomen denotare tradit, ut מעין יהי sit *Summula Octodenarum precum*, quemadmodum Oratio Dominica Christianis summula est omnium petendorum. Hoc dicit Hier. ad Matt. VI. 9. Luc. XI. 1. sed fine exemplo. Maimonidi עין est غرض i. e. *scopus*, & מ præpositio præfixa. Sonant ergo verba, *quod ad scopum Octodenarum faciat*, ve *quod sensum Octodenarum exprimat.* dem loquendi genus infra VI. 8. & apud Maimonidem Hal. Tephilla X. 3. ubi docet periochen ex Prophetis singulis sabbatis legendam debere esse מעין שקרא בתורה, *ad eundem scopum cum ea qua legebatur ex Lege.*

3 *Pensum facit.*] In Pirke Aboth II. 13. R. Simeoni tribuitur hoc dictum. *Cum precaris, ne fac preces tuas* קבע אלא רחמים ותחנונים *pensum, sed misericordias & supplicationes coram Deo.* Quid sint רחמים ibi docebo. תחנונים Supplicationes sunt pro gratia impetranda; quales non sunt illius preces, qui eas pro penso habet; i. e. pro molesto & importuno onere, quod libenter à semet amoverit.

4 *Quæ ad sensum.*] Uncis inclusa ex MS. & Talm. Hieros. reduxi. Absunt enim à reliquis editionibus.

5 *In omni transitus divert.*] Phrasis non satis plana; & Gemaristæ pro explicatione meras vocum allusiones afferunt: ita enim illi ex sententia Mar Ukbæ. *Etiam tunc, cum tu plenus es* עברה *indignatione contra eos ad instar feminæ* עוברת *pregnantis, sint omnes necessitates &c.* vel ut alii verba ejus referunt; *Etiam tunc, cum illi* עוברים *transgressi sunt præcepta Legis, sint omnes necessitates &c.* Et tamen allusiones has pro explicatione arripiunt Judæi recentiores, RR. Nathan, Maimonides, & Bertinorius. Buxtorfius עבור exponit *transgressio, peccatum*: allato exemplo משנת העיבור, sed non docet undenam hæc. Certe vix dubito, quin R. Nathanem secutus hunc locum exprimere voluit. nescio quo pacto sit, ut pro פרשת scripserit בשעת. Alibi habet פרישת העיבור: sed nusquam explicat. An ipse recte verti, aliorum judicium esto.

6 *Esseda.*] Hebræi rarem exponunt tam hic, quam Zab. II. 1. atque ita eorum Lexicographi R. R. Nathan & Tanchum rarem plane describunt. Si Judæis fides in voce peregrina, conferrem cum Græco ἁμάξα, sed pro ἁμάξα infra legemus אכברייא Neg. XII. 1. quanquam R. Nathan & ibi legat אסרה. Verum אסרה videtur illud esse quod polui.

2 Con-

das niſi cum [1] congregatione urbis. Sapientes dicunt cum congregatione urbis, & ſine congregatione urbis. R. Juda [2] illius nomine aſſerit, ubicunque adeſt congregatio urbis, privatum immunem fore à precibus addititiis.

CAP. V.

1. NOn [3] aſſurgunt ad precandum niſi mente compoſita. Sancti priſci precabantur horam prius morati, ut animum in Deum intenderent. Si vel rex eorum quempiam ſalutaret, non reſalutaret; & quamvis ſerpens calcaneo circumvolutus eſſet, non abrumperet.

2. [4] Commemorant magnalia imbrium in *Reſurrectione mortuorum*; & petunt imbres in [5] *Benedictione annorum.* [6] Separatio recitatur in *Largitor intelligentiæ.* R. Akiba ait, faciunt eam preculam quartam ſeorſim. R. Eliezer recitandum vult in *Gratiarum actione.*

3. Si quis dicat ad nidum aviculæ, [7] *Pertingat miſeratio tua.* [1] *Pro-*

1 *Congregatione.*] Maimonides *cum Doctore urbis*, יעאלם אלמדינה. malui R R. Sal. & Obad. ſequi: præſertim cum eundem ſenſum ampleƈtatur & ipſe Maimonides; & cum ita clarior ſenſus emergat.

2 *Illius.*] Id eſt R. Eleazari, ut reƈte Maim. & Bertin. Doƈtiſſimus olim hujus tituli interpres Samuel Clerk, *ſuo ipſius nomine.* Non bene.

3 *Non aſſurgunt.*] Locum hunc vix cepiſſe videtur Cl. vir Samuel Clerk. Certe nemo ex ejus interpretatione reƈte caperet. Sic vertit. *Haud ſtant ad precandum niſi capite ſubmiſſo.* ac ſi verba reſpicerent ad ipſum corporis geſtum; quo nihil à veritate magis alienum. Dicam quod res eſt, *Stare ad precandum*, eſt *ſtando conferre ſe ad precandum.* & כובד ראש *gravedo capitis* eſt talis mentis diſpoſitio, quæ ex occupatione in re ſeria & ſobria oritur. Opponitur enim קלות ראש *levitati capitis.* illud autem compleƈtitur שיחוק והיתול ושיחה בטלה, *luſum, & jocum, & inanem confabulationem.* Maim. Hal. Tephilla XI. 6. Senſus ergo eſt; *Nemo aſſurgat ad precandum, niſi mente ſedata & compoſita.* Hæc melius capiet leƈtor ſi apponam verba Maimonidis, quibus oppoſitam mentis diſpoſitionem ad precandum inhabilem notat. *Non aſſurgunt ad precandum ſtatim à luſu, à levitate capitis, à confabulatione, rixa, vel ira: ſed à rebus Legis. Nec tamen à diſputatione de Conſuetudine, quantumvis res Legis ſit, ne mens ea de re diſtrahatur. Sed ſtatim à rebus legis, qua non requirunt animi intentionem, veluti ſunt Conſuetudines deciſæ.* Atque hunc loci ſenſum adſtruit Praxis Sanƈtorum priſcorum quæ ſtatim ſequitur.

4 *Commemorant.*] Gratam commemorationem inſerunt pluviæ à Deo demiſſæ precationi quæ dicitur תחיית המתים *Reſurrectio mortuorum*, quæ ſecunda eſt Oƈtodenarum. Id inſerunt tempore brumali ab ultimo feſto Scenopegiæ ad uſque Paſcha; ut tempus deſignant cum minutula diſcrepantia Maimonides Hal. Tephilla II. 15. & Sameh ben Joſua ad Liturgiam Alexandrinam ſupra laudatam.

5 *Benedictione an.*] Nona eſt Oƈtodenarum. A ſeptimo die menſis Marcheſvan in Palæſtina; in Babylonia, Syria, & finitimis regionibus à ſexageſimo poſt æquinoƈtium autumnale ad uſque Paſcha inſerebant huic precationi petitionem pro pluvia. Maim. Hal. Tephilla II. 16. & Sameh ben Joſua ad Liturg. Alexand.

6 *Separatio.*] Ita dicitur Orationis formula, quam in Oƈtodenis recitandis, in exitu ſabbathi uſurpant ad ſeparandum inter Sanƈtum & Profanum, i.e. inter diem ἁγιασμὸς. & dies βεβήλωσις. Inſeritur autem quartæ Oƈtodenarum, quæ appellatur חונן דעת *Largitor intelligentiæ*, quia incipit אתה חונן לאדם דעת, *Tu largiris homini intelligentiam.* R. Akiba ante quartam ſeorſim recitari vult. R. Eliezer decimæ ſeptimæ inſeri, quæ הודיה *Gratiarum actio* dicitur, quia ſic incipit מודים אנחנו לך, *Gratias tibi agimus.* Notet Leƈtor; dum decimam ſeptimam voco, omitto illam Rabban Gamalielis, quæ duodecimum locum implet.

7 *Pertingat miſeratio tua.*] Miſerere noſtrum; quemadmodum miſertus es avium, prohibens matrem una cum pullis capi, Deut. XXII. 6. Si quis ita precatur incidens in nidum, ſilentium ei impo-

[1] *Propter bonum memoretur nomen tuum.* [2] *Gratias agimus, gratias agimus*: ſilentium ei indicunt. [3] Prodiens ante arcam ſi erraverit prodeat alius loco ejus: nec contumax ſit in illa hora. Unde incipit hic? ab initio preculæ in qua erravit ille.

4. Prodiens ante arcam non reſpondebit poſt [4] ſacerdotes *Amen*, ne forte diſtrahatur. Si nullus adfuerit ſacerdos præter ipſum, manus tamen non elevabit: ſin ea ſit fiducia ut manus elevet, dein ad preces redeat, licitum habet.

5. Qui inter precandum erraverit, malum ei portendit. Si Legatus fuerit Congregationis, malum portendit iis qui delegarunt: quippe legatus hominis ipſius inſtar eſt. Referunt de R. Hanina ben Doſa, quod cum precaretur pro ægrotantibus, dicere ſolebat, hic victurus eſt, ille moriturus. Rogatus, undenam hoc cognoſcis? reſpondit; ſi precatio mea mihi expedita ſit in ore, cognoſco eum acceptum iri; ſin minus ereptum.

CAP. VI.

1. QUomodo benedicunt pro fructibus? pro fructibus arboris aiunt, *Qui creas fructum arboris*: excepto vino; pro vino enim dicunt, *Qui creas fructum vitis*. Pro fructibus terræ dicunt, *Qui*

imponunt, ſi qui adſint, quia ſupponit Deum eo præcepto avibus conſuluiſſe; cum præceptum mere arbitrarium eſſe credant Judæi, שרירעה, סמעיה, θεμὼ ἀκροαματικὸν, *de quo nulla ratio reddi poſſit*, ut loquitur Maimonides. Attamen ipſe Maimonides ſerius in Morecontra eos diſputat, qui ita ſentiunt de tota Lege; & ſpeciatim de hoc præcepto Lib. III. c. 48. ubi poſtquam ipſe rationem hujus præcepti reddidiſſet, ſic objectionem occupat. ולא תעתרצני בקולהם זלי האומר על קן צפור ינישו רחמיך וכוי לאן דלך אחד אלראיין אלדין דכרנאהמא אעני ראי מן ירי אן לא עלה לשריעה אלא מגרד אלאראדה ונחן אנמא תבענא אלראי אלתאני. *Ne autem objicias nobis dictum eorum p. m.* Si quis dicat ad nidum aviculæ Pertingat miſeratio tua *&c. hæc enim una eſt binarum ſententiarum, de quibus ſupra; nimirum eorum, qui credunt nullam aliam rationem Legis aſſignari poſſe, præter nudam Dei voluntatem. Nos autem alteram ſententiam ſequimur.* Vide eundem c. 31.

1 *Tr. propter bonum.*] Eodem modo ſilentium ei imponunt, qui his verbis precatur; quia videtur ignuere Deum duntaxat propter bonum laudandum, non etiam propter malum.

2 *Gratias agimus.*] Vel his verbis quia videtur hac repetitione in decima ſeptima Octodenarum plures Deos ſubindicare.

3 *Prodiens ante aream.*] שליח צבור *Legatus*, ſive *Angelus Eccleſiæ* à toto cœtu delegabatur ad recitandas preces; & plerumque Laicus fuit, ut docet Maim. Hal. Tephilla XIV. 14. Hic prodibat parumper extra cœtum aream verſus. Inde dictus עובר יורד לפני התיבה *Prodiens ante aream.* Et *prodire ante aream*, eſt hoc munus jubente cœtu capeſſere. Preces autem recitabat diſtincte & elata voce, populo ſubinde reſpondente *Amen*, vel reliquas antiphonas, ut mos tulit.

4 *Sacerdotes.*] ברכת כהנים *Benedictionem Sacerdotum.* De ea præceptum extat Num. VI. 23, &c. ubi his concipitur verbis. ברכך יהוה וישמרך: יאר יהוה פניו אליך ויחנך: ישא יהוה פניו אליך וישם לך שלום. *Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Oſtendat Dominus lucem faciei ſuæ tibi, & miſereatur tui. Convertat Dominus faciem ſuam ad te, & det tibi pacem.* Hanc benedictionem Sacerdotes, (ſi qui adeſſent) in ſuggeſtum evecti elevatis manibus tenebantur populo pronunciare. Unde etiam ipſa benedictionis pronunciatio ſubinde vocatur נשיאות כפים, *Elevatio manuum.* Et ſtatim hoc paragrapho *Elevare manus* eſt pronunciare hanc benedictionem. Sic autem peragebant. Dum Legatus Congregationis decimam ſextam Octodenarum precationem

Qui creas fructum terra: excepto pane; nam pro pane dicunt, *Qui producis panem de terra.* Pro oleribus dicunt, *Qui creas fructum terra.* R. Juda vult, *Qui creas herbarum ſpecies.*

2. Qui benedicit pro fructibus arboris ſic, *Qui creas fructum terra,* abſolvitur; pro fructibus terræ ſic, *Qui creas fructum arboris,* non abſolvitur. Pro univerſis ſi dicat, *Per cujus verbum exiſtunt omnia,* abſolvitur.

3. Pro re quæ de terra non naſcitur dicunt, *Per cujus verbum omnia.* Pro aceto, pro fructibus deciduis, & pro locuſtis dicunt, *Per cujus verbum omnia.* Pro lacte, caſeo, & ovis dicunt, *Per cujus verbum omnia.* R. Juda cenſet, quicquid ſpecies eſt calamitatis, pro eo non benedicendum.

4. Cui variæ ſpecies appoſitæ fuerint, R. Juda ait, ſi inter eas fuerit aliqua ex [1] ſeptem ſpeciebus, pro ea benedicit: at Sapientes dicunt, benedicit pro quacunque ex iis voluerit.

5. Qui benedixit pro vino quod ante cibum, liberavit vinum quod poſt cibum. Qui benedixit pro [2] opſoniis quæ ante cibum, liberavit opſonia quæ poſt cibum. Qui benedixit pro pane, liberavit opſonia; pro opſoniis, non liberavit panem. Sammæani dicunt, etiam nec illud quod fit in olla.

6. Si conſederint ad comedendum, unuſquiſque benedicit pro ſe: ſi accubuerint, unus benedicit pro omnibus. Illato ad illos vino inter edendum, ſinguli benedicunt pro ſe; poſt cibum, unus benedicit pro omnibus. Ille etiam de thuribulo mentionem facit, quamvis non inferant thuribulum niſi poſt refectionem.

7. Cui

recitabat, ſacerdotes qui aderant conſcendebant ſuggeſtum. Deinde ſimulac Legatus decimam ſeptimam abſolviſſet, converſi ad populum, benedictionem recitabant, præeunte Legato, & ſingula verba ſeorſim dictante; populo interim poſt ſingulos verſiculos reſpondente *Amen.* Abſoluta ſic benedictione, Legatus redibat ad precationem decimam octavam, ſive ultimam; & poſt eam abſolutam deſcendebant ſacerdotes, & in loca ſua abibant. Reliquas minutias qui volet, petat ex Maimonide, Hal. Tephilla XIV. 3, 4, 5, 6.

1 *Septem ſpeciebus.*] Ob quas celebratur terra ſancta. Sunt autem hæc: triticum, hordeum, uvæ, ficus, malogranata, olivæ, dactyli.

2 *Opſoniis.*] פרפרת explicante R. Tanchumo eſt אלאראם אלדי יתאדם בה מע לחמ מן אי שי כאן &c. *quicquid pro opſonio cum pane comeditur, veluti juſculum, caro aſſa, vel cocta, ova, caſeus, baccæ, dactyli, &c.* Ita Shab. XXIII. 2. *Numerat quiſpiam hoſpites ſuos,* ופרפרותיו *& opſonia, memoriter, non autem ex ſcripto.* Hic intelligi videtur quiddam ante & poſt cibum circumferri ſolitum, vel aliquando ante, aliquando autem poſt, ad appetitum excitandum, vel ad ſedandum ſtomachum; ut pro altero forſan recte poſueris *gaſtronem* Petronii, *guſtum primum* Martialis, vel *antecœnam* Apuleii: pro altero *Epidipnida* Petronii & Martialis. Certe pro re minus principali in Comeſtationibus plane ſumitur, Aboth III. 18. *R. Eleazar ben Haſma dicit, Nidi, & intervalla menſium* הן הן גופי הלכות *principales ſunt Conſtitutiones; revolutiones Aſtronomicæ, & ſupputationes Geometricæ ſunt* פרפראות *Sapientiæ.* Alluditur plane ad cœnam, in qua principalis pars ſive גוף הסעודה, *Corpus cœnæ,* & פרפראות pars minus principalis opponuntur. Cohen de Lara, Judæorum græce doctiſſimus, vocem Græcam eſſe vult παρεφορὰ; nempe *fercularum miſſus, qui convivis apponuntur, aut ſingulis convivis, aut quaternis, ut nunc fieri ſolet.* Latina iſta Budæi ſunt: ſed minime quadrant in rem, de qua agimus. Certe ipſe Cohen de Lara adeo non quadrare hoc ultimo loco vidit, ut ad aliam vocem Græcam, παρεφθειρεν confugere neceſſum habuerit. Sed in utroque operam ludit. Vox græca non videtur; quin à פרפר *confringere, comminuere,* regulariter formatur.

1 *Se-*

7. Cui ſalſamentum primum, & cum eo buccella panis apponitur; benedicendo pro ſalſamento liberat panem; quippe panis ei acceſſorium eſt. Hæc eſt regula generalis. Ubicunque eſt principale; & cum eo acceſſorium, benedicendo pro principali liberatur acceſſorium.

8. Qui comederit ficus, vel uvas, vel malogranata, recitat poſt illa tres benedictiones. Ita Rabban Gamaliel. At Sapientes dicunt, benedictionem unicam quæ ad ſcopum trium. R. Akiba dicit, ſi vel [1] betam comederit cibi loco, recitat poſt eam tres benedictiones. Qui bibit aquam, ut ſitim reſtinguat, dicit, *Per cujus verbum exiſtunt omnia.* R. Tarphon mallet, *Qui creas animas multas,* [2] *& indigentiam earum.*]

CAP. VII.

1. TRes qui una comederint tenentur [3] indicere. Propter eum qui comederit [4] rem dubiam aut [5] decimas primas quarum primitiæ

1 *Betam.*] Ita poſui ex autoritate linguarum cognatarum. Quippe Chaldæis סילקא, Syris ܣܠܩܐ, Arabibus سلق, *beta* eſt. Veruntamen Interpres Chaldæo-Samaritanus פקקא ponit pro quovis olere. Gen. I. 30. Maimonidi סלוק מן אי שי כאן eſt ἑψηϑὲν, *è quacunque re fuerit.* RR. Salomoni & Obadiæ, *decoctum ex oleribus.* Ita Arabicum سليقة Zamachſhario eſt *decoctum ex milio contuſo.* Syrum ܣܠܝܩܐ eſt المسلوق المطبوخ, *elixum, decoctum,* Iſa bar Ali, & alii Anonymo, Lexicographis Syris. Si quis *decoctum* pro *beta* reponere volet, non contendam. Alterum tamen melius puto; quanquam non neſciam תרדין alibi in Miſna pro betis poni.

2 *Et indigentiam earum.*] Id eſt, quicquid illis pro alimonio opus eſt. Reduxi hanc vocem ex MS. Suffragatur Talm. Hieroſ. & R. Obadias.

3 *Indicere.*] זמן, exponente Cl. Lightfootio, Hor. ad Matt. XV. 36. eſt *numero plurali gratias agere pro toto cœtu, dicendo, Benedicamus.* Sed fallitur. זמן nihil aliud ſonat, quam prævia commonitione (cujus variæ formulæ ſequuntur hoc paragrapho) convivas ad gratiarum actionem paratos eſſe jubere; i. e. gratias indicere. Alia enim eſt זמון *gratiarum indictio,* ab ipſa gratiarum actione. Ut rem intelligas formulam ſatem unicam apponam ex Liturgiis. Si tres tantum adſint, eorum unus ſic gratias indicit: נברך שאכלנו משלו *Benedicamus ei, de cujus rebus comedimus.* Reliqui duo reſpondent ברוך שאכלנו משלו ובטובו חיינו *Benedictus ille, de cujus rebus comedimus, & ex cujus bonitate vivimus.* Teſtatum ita faciunt ſe paratos eſſe Tum hæc ipſa verba repetit is qui indicit, & deinde gratiarum actionem perſequitur. ברוך הוא ברוך שמו &c. *Benedictus ille, Benedictum nomen ejus* &c. Jam ſcis quid ſit זמן, ſive *gratias indicere.*

4 *Rem dubiam.*] Id eſt, rem de qua non conſtat utrum adhuc deſumptæ ſint decimæ. De hac deſumenda erat primo pars centeſima, ſive decimæ decimæ Sacerdoti danda, quæ hic dicitur primitiæ. Deinde decimæ ſecundæ Hieroſolymis comedendæ. Non autem tenebatur nec ad decimas primas, nec ad decimas pauperum, ut infra uberius oſtendam ad Dem. I. 1. De hac ſi quis comederit, primitiis iſtis ante deſumtis, non autem decimis ſecundis, utcunque non debuerit, pro eo indicendum.

5 *Decimas primas.*] Ut locum plene capias, de primitiis & decimis ſic habe. Ex toto frugum proventu, poſt גמר מלאכתן i. e. poſtquam plene elaboratæ ſunt, & in uſum ita humanum accommodatæ, priuſquam in uſum communem cederent, deſumendæ erant variæ primitiæ & decimæ hoc ordine. Primo תרומה גדולה, ἀφαίρεμα μεῖζον, *delibatio*, vel *primitia majores* Sacerdoti dandæ. Has ex Lege arbitrio permiſſas, Magiſtri voluerunt conſiſtere inter quadrageſimam & ſexageſimam totius proventus partem. Ex reſiduo auferebant מעשר ראשון *decimas primas* Levitæ donandas. Et ex illis Levitæ ſolvebant Sacerdoti מעשר המעשר *decimarum decimas*, dictas etiam מעשר מן המעשר *decimas*

primitiæ deſumtæ, aut decimas ſecundas vel conſecratum, [1] quæ redemta fuerint; propter miniſtrum qui comederit quantitatem olivæ, & [2] Cuthæum; propter hos indicunt. Propter eum qui comederit illibatum, aut decimas primas nondum deſumtis primitiis, aut decimas ſecundas vel conſecratum nondum redemta; propter miniſtrum qui comederit minus quam quantitatem olivæ, & alienigenam; propter hos non indicunt.

2. Propter fœminas, ſervos, & minores non indicunt. Ad quantillam quantitatem indicunt? uſque ad quantitatem olivæ. R. Juda cenſet, uſque ad quantitatem ovi.

3. Quomodo indicendum ſi adſint tres? Infit, *Benedicamus*: ſi adſint tres præter ipſum indicentem, infit, *Benedicite*. Si adſint decem, infit, *Benedicamus Deo noſtro*: decem præter ipſum, *Benedicite*. Perinde ſe habent decem, atque decem myriades. [3] Si adſint centum, infit, *Benedicamus Domino Deo noſtro*: centum præter ipſum, *Benedicite*. Si adſint mille, infit, *Benedicamus Domino Deo noſtro, Deo Iſraelis*: mille præter ipſum, *Benedicite*. Si adſint decem millia, infit, *Benedicamus Domino Deo noſtro, Deo Iſraelis, Deo exercituum, inſidenti Cherubinis*: decem millia præter ipſum, *Benedicite*. Prout ipſe benedixerit viciſſim

decimas ex decimis, & תרומת מעשר *primitias decimarum*. Denuo ex reſiduo auferebant מעשר שני *decimas ſecundas* Hieroſolymis abſumendas; quæ tamen ſingulis tertio & ſexto annis Heptateridis in מעשר עני *decimas pauperum*, paupertibus & Levitis oppidatim in portis exhibendas converſæ. Proventus ita ut dixi elaboratus, primitiis & decimis nondum deſumtis, dicebatur טבל quod *Illibatum* interpretor; aliquando etiam וראי *manifeſtum*, de quo certo conſtat dona iſta nondum deſumpta; quod opponitur to ספק *Rei dubiæ*: idem וראי טבל *manifeſto illibatum* apud Bertinorium ad Dem. V. 9. Debebat ita Levita regulariter decimas accipere demum poſt ſolutas primitias majores. Sin autem comederit decimas primas, quas ipſe in ſpicis acceperat à proprietario, adeoque Sacerdotem majoribus primitiis fraudaverat, utpote quæ nondum ei competebant, dunimodo primitias decimarum ſolverit, pro eo indicendum.

1 *Quæ redemta fuerint.*] Simpliciter; non ſuperaedita quinta, ut Lege cautum.

2 *Cuthæum.*] Οἱ κατὰ μὲν τὴν ἑῴαν γλῶτταν Χοῦθαῖοι, κατὰ δὲ τὴν ἑλλήνων συνήθειαν. Joſeph. IX. 14. Ita vocarunt Judæi confugem iſtam turbam, quam maximam partem ὁ כותי vel כוּתִי, vel כוּתַאי, (ut diverſimode ſcribitur apud Joſephum) traduxit Salmanaſſar in Samariam, loco decem tribuum in Mediam deportatarum. II. Reg. XVII. 24. Regionem iſtam, uti & fluvium cognominem in Perſide locat Joſephus. Attamen vir maximus Iſaacus Voſſius in epiſtola ad Andream Colvium ex Carmania deſerta arceſſitos olim Cuthæos tradit. Quippe Χοῦθοι ibi locantur à Ptolemæo. Ptolemæi locum ita leges ex MSS. duobus codicibus in Archivis Seldenianis, quorum unus antiquus & optimæ notæ, alter recentior. κατανέμονται δὲ τὴν ἐρήμην τὴν μὲν μεσημβρινὴν ἰσατίχαι, καὶ Χοῦθοι, τὰ δὲ μέσα χαδαιώτυδρις. Editiones omnes Χοῦθοι, quanquam Mercator *Cuthi* in tabulis. Carmania deſerta Perſidi ab ortu contermina, imo vere ἐνδότερον τῆς περσίδος καὶ τῆς μηδίας, ut alibi loquitur Joſephus de Cuthæorum ſede X. 11. ut ſcias etiam bene hac in re Joſepho & Ptolemæo convenire. Quod ad hunc & alia Miſnæ loca attinet, ubi Cuthæorum mentio, Maimonides notat ad hujus Tituli VIII. 8. Judæos olim credidiſſe eos in Religionem ſuam conceſſiſſe, donec facta indagine à Sapientibus reperti ſunt honorem præſtantes monti Garizitano, adeoque Idolo ibi collocato forma columbæ. Quapropter ſicubi in Miſna prærogativa illis tribuatur præ reliquis gentibus, ut hic & alibi non infrequenter, id intelligendum de tempore indaginem iſtam prævertente; ſiquidem poſt detectam Idololatriam & reliquis gentibus locum cedunt. Videſis R. Azariam cap. XXI. & R. Davidem Ganz ad annum MMMDCCCLXXXI. præter noſtros ſatis obvios.

3 *Si adſint centum.*] Iſta ex privata opinione R. Joſis Galilæi.

1 *Sam-*

ciſſim reſpondent poſt eum, *Benedictus Dominus Deus noſter, Deus Iſraelis, Deus exercituum, inſidens Cherubinis, pro cibo quem comedimus.* R. Joſes Galilæus ait, ſecundum multitudinem congregationis benedicunt, quia dictum eſt (Pſ. LXVIII. 27.) *In congregationibus benedicite Deo, Domino, de fonte Iſraelis.* Inquit R. Akiba, quidnam comperimus in Synagoga? perinde eſt ſive plures fuerint, ſive pauciores; infit, *Benedicite Domino.* R. Iſmael ſic, *Benedicite Domino benedicto.*

4. Tres qui ſimul comederint dividundi non ſunt, uti nec quatuor, nec quinque: ſex dividi poſſunt decem uſque: at decem dividi non debent donec fuerint viginti.

5. Bina ſympoſia, quæ in eadem domo cibum ſumſerint, dummodo ex utriſque aliqui ſe invicem contueri poſſint, conflantur ad indictionem: alioquin hi ſeorſim, & illi ſeorſim indicunt. Non benedicunt pro vino antequam affuſa ſit ei aqua. Ita R. Eliezer: at Sapientes benedicendum volunt.

CAP. VIII.

1. HÆ ſunt res controverſæ inter Sammæanos & Hillelæos in refectione. [1] Sammæani cenſent benedicendum eſſe pro die, ac poſtea pro vino. Hillelæi benedicendum pro vino, ac poſtea pro die.

2. [2] Sammæani aiunt, affundunt manibus, & poſtea miſcent calicem. Hillelæi autem, miſcent calicem, & poſtea affundunt manibus.

3. Sammæani aiunt, abſterſis manibus mappam deponunt ſuper menſam. Hillelæi malunt, ſuper [3] pulvinar.

4. Sammæani aiunt, everrunt domum, ac poſtea affundunt manibus. Hillelæi volunt affundendum manibus, ac poſtea everrendam domum.

5. Sammæani dicunt, [4] Lucerna, & Cibus, Aromata, & Separatio. Hillelæi,

1 *Sammæani cenſent.*] Peſac. X. 2.

2 *Sammæani aiunt, affund.*] Sammæanorum ratio hæc eſt; ne forte illoris manibus polluatur humor calici adhæreſcens, ejuſque interventu ipſe calix. Hillelæorum hæc; ne exterior pars calicis immunda, interventu humoris qui poſt manuum lotionem non plene abſterſus, ioſas manus polluat. Ulterior hujus & ſequentis Paragraphi explicatio dependet à plurimis de pollutionibus minutiis, quas ſexto demum Ordine explicatas do.

3 *Pulvinar.*] Super quod diſcumbitur. Hic autem Paragraphus & ſequens tranſponuntur in MS.

4 *Lucerna.*] Ordinem notant quo recitandæ ſunt benedictiones in exitu Sabbathi. Sammæani volunt benedictionem recitari primo pro lucerna, deinde pro cibo, deinde pro aromatibus, denique benedictionem הבדלה dictam, de qua ſupra. Hillelæi contra. Cæterum in utroque Talmude notatur hac Miſna litem inter eos non recte repræſentari. Nobis Gemariſtarum nugis non vacat immorari. Lucerna, qua de hic agitur, grandis cereus eſt, quem vocant נר הבדלה *Lucernam ſeparationis*, quam ſub exitu Sabbathi accendunt ad diſcernendum inter diem ſanctum qui præceſſit, & profeſtos qui ſequuntur.

Hillelæi, Lucerna, & Aromata, Cibus, & Separatio. Sammæani dicunt, [1] *Qui creavit facem ignis.* Hillelæi ſic, *Qui creat faces ignis.*

6. Non benedicunt neque pro lucerna, neque pro aromatibus gentilium; neque pro lucerna, neque pro aromatibus defunctorum; neque pro lucerna, neque pro aromatibus, quæ idolo apponuntur. Haud benedicunt pro lucerna, donec lumine ejus fruantur.

7. Qui comederit, ſi oblitus non benedixit, Sammæani dicunt, reverſus ad locum benedicat. Hillelæi vero, benedicat eo loco quo recordatus eſt. [2] Quamdiu tenetur benedicere? dum abſumatur cibus qui in viſceribus ejus eſt.

8. Illato vino poſt cibum, ſi unus duntaxat præſto ſit calix, Sammæani dicunt, benedicendum pro vino, & poſtea pro cibo. Hillelæi cenſent benedicendum pro cibo, & poſtea pro vino. Reſpondent *Amen* poſt Iſraelitam benedicentem: non autem reſpondent *Amen* poſt Cuthæum benedicentem, niſi tota demum audita benedictione.

CAP. IX.

1. QUi locum aſpicit in quo edita ſunt Iſraeli miracula, dicit, *Benedictus, qui patribus noſtris in hoc loco miracula edidit.* Locum unde extirpatus eſt [3] cultus extraneus, dicit, *Benedictus, qui cultum extraneum è terra noſtra extirpavit.*

2. Propter cometas, & terræmotus, fulgura, tonitrua, & ventos dicit, *Benedictus, cujus virtute & potentia impletur orbis.* Propter montes, & colles, maria, flumina, & ſolitudines dicit, *Benedictus, qui fecit* [4] *rerum naturam.* R. Juda dicit, qui conſpicit mare magnum dicit, *Benedictus, qui fecit mare magnum*: nempe quum videt illud per intervalla. Propter imbres & bonum nuncium dicit, *Benedictus Bonus & benefaciens.* At propter malum nuncium dicit, *Benedictus Judex verax.*

3. Qui novas ædes exſtruxit, vel nova utenſilia comparavit, dicit, *Benedictus, qui vita nos donavit, & ſuſtentavit, & ad hoc tempus perduxit.* [5] Benedicendum pro malo ob ſpeciem boni, & pro bono ob ſpeciem mali.

1 *Qui creavit.*] Nempe in formula benedictionis iſtius cerei.

2 *Quamdiu.*] Id eſt, quamdiu manet iſta obligatio? Perimitur autem obligatio lapſu temporis, cum cibus iſte penitus è corpore abſceſſerit.

3 *Cultus extraneus.*] Subinde in Miſna occurrit pro ipſo idolo.

4 *Rerum naturam.*] Ita abutuntur prima voce Geneſeos ad hunc ſenſum.

5 *Benedicendum pro malo.*] Id eſt, utcunque res in ſe mala ſit, nec fieri fere poſſit quin in malum abeat, ſi tamen primo intuitu ſpeciem habet boni, utendum eſt formula *Benedictus qui bonus es & benefacis*: ſin res in ſe bona ſit, & bonum eventum, quantum conjici poteſt, habitura, dummodo

mali. Si quis ſupplicat pro eo quod præteritum eſt, hæc quidem vana eſt precatio. Quomodo? Veluti ſi uxore prægnante dixerit, *Faxit Deus ut uxor mea maſculum pariat*, hæc quidem vana eſt precatio. Si is, qui iter faciens audivit clamorem in urbe, dixerit, *Velit Deus ne mei ſint domeſtici*; hæc quoque vana eſt precatio.

4. Qui ingreditur in urbem munitam bis precatur; ſemel in introitu, & ſemel in exitu. Ben Azzai dicit, quater; bis in introitu, & bis in exitu. [1] Gratias agit pro eo quod præteriit, & ſupplicat pro eo quod futurum eſt.

5. Tenetur quilibet benedicere pro malo pariter, & pro bono; quia dicitur (Deut. VI. 4.) *Et diliges Dominum Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua, & totis viribus tuis. Toto corde tuo*, utraque propenſione tua, bona, & mala: *tota anima tua*, ſi vel animam tuam auferat: *totis viribus tuis*, omnibus opibus tuis. Aliter. *Totis viribus tuis*: [2] pro ſingulis demenſis quæ tibi demenſus eſt, quantas poteris maximas illi agas gratias. Ne [3] leviter ſe gerat quis ante portam orientalem, quæ domum Sancti Sanctorum ex adverſo reſpicit. Neque ingrediatur montem domus cum baculo, vel calceis, vel [4] funda, vel

dummodo primo intuitu ſpeciem mali præ ſe ferat, utendum eſt formula, *Benedictus Judex verax.* Ita locum interpretor, qui multis crucem fixit. Gemara Babilonica ſenſu plane contrario hæc cepit. מברך על הרעה כוי: היכי דמי כגון דשקל בדקא בארעא אעני דטבא היא לדידיה דמסקא ארעא שירטון ושבחא השתא מיהא רעה היא: ועל הטובה כוי: היכי דמי כגון דאשכח מציאה אעני דרעה היא לדידיה ראי שמע בה מלכא שקיל לה מיניה השתא מיהא טובה היא. Benedicendum pro malo &c. *Quemadmodum?* *Veluti ſi terram inundaverit torrens, utcunque in ſe bonum ſit, quia limum ſuper egerit terra, adeoque melioratur, nunc nihilominus malum eſt.* Et pro bono &c. *Quemadmodum?* *Veluti ſi quis theſaurum reperiat, utcunque per ſe malum eſſe poſſit, quia ſi quid de eo Regi inauditum fuerit, extorquebit, nunc tamen bonum eſt.* Fateor me nullatenus capere, quomodo hæc cum textu Miſnæ congruere poſſint; niſi forſan ſic vertenda ſit Miſna. *Benedicendum pro malo, utcunque in bonum abeat; & pro bono utcunque in malum.* Sed hoc nullo modo ferri poteſt. Exempla autem quæ affert Gemara, ſi inverſa accommodentur ad ſenſum loci, quem dedimus, rem non parum illuſtrabunt. Fruſtra hic conſulas RR. Jarchium, Maimonidem, Bertinorium &c. Omnes pariter Gemaram ſequuntur; & omnes pariter deſipiunt. Error idem omnibus; quod in primo caſu רעה *malum*, pro malo tantum apparenti; & in ſecundo טובה *bonum*, pro bono tantum apparenti habuerint; cum ejus contrarium verum ſit; & רעה *malum* in primo, & טובה *bonum* in ſecundo, illud ſit malum, quod habeat ſpeciem vel apparentiam boni. & illud bonum quod ſpeciem habeat mali. Si ad rem attendat Lector, fatebitur me luculenter expoſuiſſe locum, in quo miſerrime hallucinati ſunt, quotquot ſunt Judæorum interpretes.

1 *Gratias agi.*] Utrobique, in introitu, & in exitu: ita quater.

2 *Pro ſingulis demenſis.*] Paronomaſia eſt in vocibus Hebræis מדה, סודר, מאד & מורה, quæ in verſione perit.

3 *Leviter ſe gerat.*] Quid ſit קלות ראש *Levitas capitis* ſupra diximus. Inde הקל ראשו *caput ſuum leve facere*, eſt leviter ſe gerere.

4 *Funda.*] Vox Miſnica varie ſcribitur, & magis varie interpretatur. Scribitur פונדרא & אפונדרא. Quod ad interpretationem attiner, Maimonides hic, & ad Shab. X. 3. uti etiam ad Chel. XXIX. 1. & alibi, vult eſſe veſtem, quam quis carni proximam gerit ad ſudorem à veſtibus pretioſis propellendum. Arabice vocat מערקה. Dixeris non male *Interulam ſudatoriam.* An ita erit Græcum ἐπιδύτης, quod legitur Joh. XXI. 7? Suidas, ἐπιδύτης, τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃ τῷ γυμνῷ μίσσει λέγεται. Ita etiam is qui Novum Teſtamentum in vulgarem ſermonem Græcum tranſtulit, pro τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, habet: ἐζώσε τὸ ὑποκάμισον. At vero Theophylactus, ἐστι δὲ ὁ ἐπενδύτης λινοῦν τι ὀθόνιον, ὃ οἱ περὶ Φοινίκης καὶ οἱ ἐν Σύροις ἁλιεῖς φοβούμενοι ἐνδύονται, ἵνα μὴ γυμνοὶ ὦσιν, εἴτε ἕτερόν τι τῶν ἱματίων τοῦτ' ἐπενδύτης, ἀκριβῶς δὲ εἰπεῖν, οἷον οἱ ζωγράφοι πτυσίαν τὴν λεπτὴν

vel cum pulvere pedibus adhærente; nec faciat eum [1] viam compendiariam; nedum conſpuat. In omnibus benedictionum clauſulis in Sanctuario dicere ſolebant, *à ſeculo*. Ex quo corruptelas invexerunt [2] Hæretici, unicum tantum ſeculum aſſerentes, dicendum ſtatuerunt,

ἐπάνω τῶν ἱματίων φορούμενος. Vocem hanc affert Julius Pollux ex Sophocle, Theſpide, & Nicochare; ita tamen ut non facile ſit determinare quod genus veſtimenti fuerit. Addit Maimonides ad Shab. X. 3. & ex eo R. Tanchum, interulam hanc loculis eſſe inſtructam, & ſuperne geri חלוק, ſive *tunicam*. R. Nathan *tunicam* eſſe vult ejuſmodi loculis inſtructam. Pomarius veſtem ſuperiorem militarem; *Soprave ſte de ſoldati, con molte cuſſiure, per porvi danari, over altre coſe*. Alii volunt eſſe cingulum, in quo recondere ſolebant nummos, cujuſmodi ſunt ζῶναι iſtæ Matt. X. 9. Ita RR. Sal. & Obad. ita etiam Tanchum & Pomarius. Ut dicam quod ſentiam; aliud eſt אפונדרה, aliud פונדר, ut bene illa ſejunxit R. Nathan; quanquam Scribæ ſemper fere confundant. Eſt autem אפונדרה Græcum ἐπιδύτης. Certe pro veſte palam ſumitur Chel. XXIX. 1. annumeratum *Sagis, ricis, tunicis, pallüs, paragaudis* &c. פונדר vero eſt Latinum *Funda* i. e. marſupium reticulare, ſive ἀμφιδύλακτος forma. Utraque ſignificatione ſimul venit Shab. X. 3. quem locum ſic propterea legendum velim ובפונדתו ופיה למטה בין אפונדתו לחלוקו i. e. *Si quis efferat quid fundâ ſua ore inverſo: vel ſi efferat inter ἐπιδύτην & χιτῶνα*. Primo loco habes *fundam* פונדה pro marſupio, ut apud Macrobium Satur. II. 4. *demiſſa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit*. Altero pro veſte tunicæ conjuncta, plane ut in Nicocharis Hercule Chorago, ᾧ ἐφ' ὑπὸ ταχίως χιτῶνα τ' ἐπιδύτην. Hic loci Fundam præfero; quippe citat Gemara veterem δεύτερωσιν, ex qua hæc Miſna deſumta: לא יכנס אדם להר הבית לא במקלו שבידו ולא בסנדלו שברגלו ולא בפעורת הצרורים לו בסדינו ובפונדתו מופשלת אחוריו *Non intrabit quiſquam in montem domus, neque cum baculo in manu, neque cum calceis in pedibus, neque cum nummis in pera conſtrictis, vel cum* פונדה *funda retro appenſa*. פונדה מופשלת אחוריו *Funda retro appenſa* plane illud eſt quod dixi; nempe reticulum à tergo appendi ſolitum. Horat. Serm. I. 1.

---------- ut ſi
Reticulum panis venales inter onuſto
Forte vehas humero.

1 *Viam compendiariam.*] Immerito ſe torſit Conſtantinus L'Empereur, ut vocem קפנדריא ex Græcis, neſcio quibus, κατὰ & ἀνὰ extunderet. Vox mere eſt Latina, *Compendiaria*: & cum hoc ſignificatu etiam Judæorum deſcriptio congruit. Quod autem eliditur ו vel ב ante פ, id fit pro more linguæ Hebrææ. Sic *trinectum* vocant קפור, quod Arabibus eſt قنفن; & *ſcarabæum* חפושית, quod Arabibus eſt حنفسا: & quod Hebraice eſt לפיד, Græci & Latini vocant λαμπάδα *lampadem*.

2 *Hæretici.*] Stulti Judæi, qui Miſnæ ſuæ antiquitatem tantopere deprædicant, tamen Hæreticos מינים à Manete Hæreſiarcha denominari ſcribitant. Ita Elias Levita in מין; Abarbanel in Miphaloth Elohim II. 5. Gloſſator ad almud Hieroſolymitanum hoc in loco; & alii non pauci: ignorantes ſcilicet Manetem paucis tantum annis Diocletiani Cæſaris ævum ſuperare. Alii prudentiores eorum originem referunt ad Antigoni Diſcipulos Sadocum & Byhum, quos credunt jam ante Chriſti tempora Sadducæiſmi fundamenta jeciſſe. Ita R. Abraham bar Dior, & eum ſecutus R. Abraham Salmanticenſis Judæorum Hiſtorici. Uterque enim ſic ſcribit de receſſu Sadoci & Bythi; *Et hæc fuit* תחלת המינות *origo Minæiſmi*. Maimonidem autorem habuiſſe videntur, qui ad Aboth I. 3. poſt narratam Schiſmatis iſtius hiſtoriam ſic addit, *Atque exinde oriæ ſunt Secta iſtæ maledictæ* של מינים, *Hæreticorum*. Verum Maimonides מינים appellative ibi ſumit. Et certe Hæreſes apud Judæos multo ante fabuloſum iſtum Antigoni Diſcipulorum ſchiſma; ut nec ipſi ignorant Judæi. Schiſma autem illud mere fabuloſum; & בייתוס, ſive Bythi ipſius nomen ex Valentinianorum προπατορικῷ acceptum eſſe, quod hactenus doctiſſimos quoſque latuit, infra oſtendam. Sed hoc ſuo loco. R. Obadiàs altius eorum originem petit. Aſſerit enim Ezram cum Collegis propter Hæreticorum המינים depravationes hoc inſtituiſſe. Sed nihil incertius eſt Hiſtoria Rabbinorum. Inter tot eorum ſententias diſcrepantes audiamus Hieronymum noſtrum in epiſtolæ ad B. Auguſtinum, quæ in Victorii editione numero eſt LXXXIX. Sic autem ille. *Uſque hodie per totas orientis Synagogas inter Judæos hæreſis eſt, quæ dicitur Minæorum, & à Phariſæis nunc uſque damnatur, quæ vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Chriſtum filium Dei, natum de virgine Maria, & eum dicunt eſſe, qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt, & reſurrexit, in quem & nos credimus: ſed cum volunt & Judæi eſſe & Chriſtiani, nec Judæi ſunt nec Chriſtiani.* Minæi ergo iidem cum Nazaræis Hieronymo, *qui i. e.* nempe *Chriſtum recipiebant, ut obſervationes legis veteris non amitterent*: ut de iis idem alibi. An ſoli autem Nazaræi Minæi dicti? Certe mirum in modum Hieronymum juvat Epiphanius, qui atrociſſimi Judæorum in Nazaræos odii hoc affert exemplum, quod καταξύσαι μάχαις ἀλλήλους, καὶ μέσης ἡμέρας, καὶ σπεύδειν ἐσπέραν,

tuerunt, *à ſeculo in ſeculum.* Statuerunt etiam, ut ſe invicem ſalutarent *Dei* nomine, quia dicitur (Ruth II. 4.) *Ecce autem Boaz veniens de Bethleemo dixit meſſoribus, Dominus vobiſcum; & illi reſponderunt, Benedicat tibi Dominus.* Alibi dicitur: (Jud. VI. 12.) *Dominus tecum vir fortiſſime.* Alibi: (Prov. XXIII. 22.) [1] *Ne contemnas, cum ſenuerit, matrem tuam.* Alibi: (Pſ. CXIX. 126.) [2] *Tempus agendi Domino, irritam fecerunt legem tuam.* R. Nathan dicit; *Irritam fecerunt legem tuam,* quia *tempus agendi eſt Domino.*

ἱσπίρασι, τῆις τ' ἡμίρας, ὅτι ἐν χαῖς ἐπιπλήττουσιν ἐν τῆις αὐτῶν συναγωγαῖς, ἐπαρῶντες αὐτοῖς, καὶ ἀναθεματίζουσι φάσκοντες, ὅτι ἐπικατάρασθαι ὁ Θεὸς τοὺς Ναζωραίους. Nemini dubium eſſe poteſt, quin ברכת המינים, *Precationem contra Minaos* Gamalielis autoritate inter Octodenas receptam intellexerit; ut Epiphanio etiam Ναζωραῖοι idem ſint, qui Judæis מינים. Veriſimile tamen eſt nomen antiquis Judæis latius patuiſſe, & ipſos etiam veros Chriſtianos, ſed eos duntaxat qui a Judaiſmo defecerant, comprehendiſſe. R. Salomo ad Roſh haſſ. 17. a. המינין תלמידי ישו הנוצרי אשר הפכו דברי אלהים חיים לרעה. *Minæi Diſcipuli ſunt Jeſus Nazareni, qui in malum verterunt verba Dei viventis.* Ita ex Caſtigationibus ad Maimonidem, Hal. Teſh. III. reſtituo locum qui vulgo male habetur in editionibus, quæ cenſuram ſubiere. Alii codices hic habent אפיקורוסין Epicuræos. Forſan melius, niſi per מינים hic intelligendi Sadducæi. At qui MS המינים habet. Sed ſolenne eſt Judæis hæc nomina confundere, ut Cenſoribus fraudi ſint. Judæorum ſubtiliores diſtinctiones inter מינים *Hæreticos,* אפיקורוסים *Epicuræos,* כופרים *Abnegantes,* משומדים *Apoſtatas,* פורשים מדרכי צבור *Schiſmaticos,* מסורות *Proditores* &c. videat, qui volet, apud Maimonidem Hal Teſh III. Nicolaus Fullerus מאן à מין dictum vult, ut appellative ſonet *Abnegans fidem*: quod mihi non diſplicet.

1 *Ne contemnas.*] Jam ab antiquo mos ille invaluit: ne autem contemnas veterum mores. Ac ſi hic eſſet ſenſus γνώμης iſtius Salomonis.

2 *Tempus agendi.*] Si contemnas &c. tempus agendi erit. R. Nathan aliter hunc textum expoſuit. Intelliges, ſi apponam verba Gemaræ. אמר רבא האי קרא מרישיה לסיפיה מדריש מסיפיה לרישיה מדריש &c. *Inquit Rabba, Hic textus exponitur vel πρότερον ὕστερον, vel ὕστερον πρότερον. Exponitur πρότερον ὕστερον*, veluti, tempus agendi eſt Domino; *quanam ratio eſt? quia* irritam fecerunt legem tuam. *Exponitur ὕστερον πρότερον, ut* rritam fecerunt legem tuam; *quanam ratio eſt? quia* tempus agendi eſt Domino. Hac ultima expoſitione intelligunt RR Jarchius & Kimchius violationem legis à Prophetis olim uſurpatam vel permiſſam, ob ſpeciem aliquam eo duntaxat tempore cauſam. Ita Elias legem violavit, & ſacrificium obtulit extra Hieroſolymam in monte Carmelo. Sed ſuberat eo tempore cauſa ſpecialis. tempus agendi erat Domino: trucidandi erant Prophetæ Baalis.

TIT. II. PEA.

SIVE

DE ANGULO AGRI PAUPERIBUS RELINQUENDO.

Ubi etiam de Spicilegio, & Manipulo oblivione prætermisso; item de Racematione vineæ, de Acinis inter vindemiam agendam deciduis, & de decussivis oleis, ex vi præceptorum, Lev. XIX. 9, 10. XXIII. 22. Deut. XXIV. 19, 20, 21. Item de decimis pauperum, & eleemosynis.

CAP. I.

1. HÆC sunt illa quibus nulla est stata mensura: Angulus, & [1] Primitiva, & [2] Comparitio, & Beneficentia, & Doctrina Legis. Hæc sunt illa, quorum usumfructum percipit homo in hoc seculo, & sors illi manet in seculum futurum: Honor patri matrique præstitus, Beneficentia, Conciliatio pacis inter homines. Doctrina autem Legis instar eorum omnium.

2. Haud minus relinquunt pro angulo quam sexagesimam. Quantumvis dictum sit, Angulo nulla est mensura, tamen tota res fit pro magnitudine agri, multitudine pauperum, & proventus ubertate.

3. Angulum dant vel in prima agri parte, vel in media. R. Simeon ait, ita tamen ut detur etiam in fine quantum determinatur. R. Juda censet, si relictus fuerit vel culmus unicus, ei innitendum fore anguli nomine: sin minus, in commune duntaxat collatum esse censetur.

4. Re-

1 *Primitiva.*] Ita voco בכורים, quæ LXXII Interpretibus sunt πρωτογενήματα, Josepho πρωτόλεια, secutus Vulg. L. Exod. XXIII. 16. Possem etiam *fruges præcoces*: nam tales revera erant, ut infra patet ex Bicc. III. 1. Errant meo judicio, qui *Primitias* reddunt. Id potius est תרומה. Sed Scriptores plerique è nostris nihil pensi habent hæc confundere. Cæteri, dum בכורים vertunt *Primitias*, pro תרומה ponunt *Truma*, nec eloqui quidem ausi Latine.

2 *Comparitio.*] Solennis coram Deo in tribus παντηγύρεσιν. Hic autem ponitur pro Sacris, quæ in ipsa comparitione, sive παντηγύρει, adducere tenebantur ex præscripto Legis, Deut. XVI. 16. *Non comparebit vacuus coram Domino.*

1 Quo-

4. Regulam generalem de angulo tradiderunt. Quodcunque in escam cedit, & custoditur, & è terra incrementum habet, & simul colligitur, reconditurque ut servetur, tenetur de angulo. Atque hac regula comprehenduntur frumentum & legumina.

5. Inter arbores rhus, & siliquæ, & nuces, & amygdalæ, & vites, & mali punicæ, & oleæ, & palmæ tenentur de angulo.

6. [1] Quolibet tempore datur nomine anguli, quod etiam à decimis liberum, usquedum perpoliatur. Et in commune confertur, quod etiam à decimis liberum, usquedum perpoliatur. Et pabulum præbetur pecoribus, feris, & volucribus, quod etiam à decimis liberum, usquedum perpoliatur. Et de area sumtum seritur, quod etiam à decimis liberum, usquedum perpoliatur. [2] Verba R. Akibæ. Si Sacerdos & Levita aream coemerint, decimæ ipsorum sunt [3] ante expolitionem. Qui consecraverit, si redimat tenetur de decimis, [4] nisi expoliverit [5] Præfectus Ærario.

CAP.

1 *Quolibet tempore.*] Etiam post messem; ita ut si demessuerit quis totum agrum, nec angulum in segete reliquerit, obligetur de spicis desectis solvere, vel & de frumento trito & molito, quod etiam à decimis liberum habetur, si modo ante מירוח. Post מירוח autem decimæ primum delibandæ. Quid autem sit מירוח non satis convenit inter Judæos. RR. Salomoni, Nathani, & Obadiæ dicitur, *cum acervus frumenti pala complanatur.* Maimonidi sonat Arabice שורך i. e. *politura*: & metaphoram esse vult à politura vasum, quod ultimum circum ea opus. Hoc probo. Non probo autem, quod distinguat à תצפירה *purgatione.* Nec ita sibi satis constat. Recte meo judicio R. Tanchum, ועלי אתשביה כשורך יכמו כל תכסיט או תליים או תנציף מירוח פיערף כל מכאן בהסב מענארה *Metaphora à politura deducta vocant quamlibet expansionem, vel lavigationem, vel purgationem* מירוח; *ubique autem dignoscitur ex sensu loci.* Hic ergo est frumenti ultima expurgatio. Eodem sensu *expolire*, & *repolire* legas apud optimum Latinitatis autorem Columellam. A decimis autem libera sunt, quia nondum competit obligatio de decimis, nisi frugibus demum expolitis. Angulus vero, & ager qui communis juris fit, immunes semper à decimis habentur, nisi extiterit obligatio, antequam alter pro angulo separaret r. alter communis juris fieret. Eadem ratio est frumenti in pabulum dati.

2 *Verba R. Akibæ.*] Ista nempe de satione frumenti de area sumti, ex illius privata opinione: nam ad quartum membrum hoc referendum.

3 *Ante expolitionem.*] Quidni & post, cum jam usu ceperint? Quia hanc multam illis irrogarunt Sapientes, ut extorquerentur decimæ, postquam ipsi fruges ita mala fide emtas expoliverint, ne qui eorum intempestive in areas & lacus involarent, adeoque cæteros decimis fraudarent.

4 *Nisi expoliverit.*] Quippe Deo consecratum immune habetur à decimis; adeoque, si apud Præfectum Ærario ante redemtionem expolitum fuerit, jam tempus solvendi decimas citra ullam obligationem præteriisse censetur.

5 *Præfectus Ærario.*] גזבר vox origine Persica, post captivitatem demum Judæis nota. *Gaza* enim Persis *thesaurus*, ut ex Curtio, Mela, & Servio notum; i. e. גנזא *Ganza*, quæ vox in Ezra duntaxat & Ezechiele occurrit, & vel hodie in lingua Persica, uti & in Armena eodem modo cum N epenthetico extat. Persis enim گنج, & Armenis գանձ *thesaurus* est. Inde etiam Arabicum كنز, eodem significatu. בר autem, sive *var*, terminatio est, qua & hodie etiam Persæ possessiva in lingua sua formant. وار & ر literis à Saracenis mutatis scribunt. Armeni տանուտէր *tanútér vir.* Inde fit גנזבר *Ganzavar*, quod vel hodie Persæ dixerint گنجور, & Armeni գանձապետ; quam ipsam vocem eodem sensu habet Interpres Armenus 1. Esdr. II. 11. i. e. . Elisо autem vel liquefacto elimento N fit גזבר *Gazavar.* Chaldæis idem גדבר, ד in ז mutato pro more istius linguæ. Hinc גדבריא Dan. III. 2, 3. Ejusmodi elisiones istius literæ oppido familiares. Ita Hebræi *spicam* vocant שבולת, Arabes سنبلة: *aranam* Hebræi עכביש, Chaldæi עכבירא, Arabes عنكبوت: *capram* Hebræi יעל, Arabes عفر: & ne

CAP. II.

1. HÆc [1] diſterminant quoad angulum; alveus, & [2] rivus, & [3] via privata, & via publica, & ſemita publica, & ſemita privata tam æſtate quam hieme trita, & ager rudis, & novale, & ſata alius generis. Qui in pabulum deſecat, diſterminat. Ita R. Meïr. At Sapientes dicunt, non diſterminat niſi etiam aret.

2. Canalis aquæ [4] quæ nequeat ſimul meti, ex ſententia R. Judæ diſterminat. Et de [5] *quibuſcunque montibus, qui ligone fodiuntur*, utcunque nequeant boves cum inſtrumentis pertranſire, angulum dant pro toto unum.

3. Omnia iſta diſterminant in ſatis. Verum in arboribus haud quicquam diſterminat præter maceriam. Et ſi frondes collidantur, nec illa diſterminat; ſed datur angulus pro toto.

4. Pro ſiliquis, [6] quatenus unus alterum videt. Inquit Rabban Gamaliel, Paterna domus mea in more habebant angulum unum dare de oleis, quas habebant ad quemcunque cardinem: de ſiliquis, quouſque unus alterum videret. R. Eleazar R. Sadoci filius nomine ejus refert; etiam de ſiliquis, quas in tota habebant urbe.

5. Qui agrum ſeverit unica ſpecie, quantumvis in binas convehat areas, unicum dat angulum. Si eundem ſeverit duabus ſpeciebus, ut-

plura exempla afferam, ipſum Chaldæorum, ſive Perſarum גנזא, Syri eſterunt ﻛﻨﺰﺍ *Gaza*. Tres autem erant hujuſmodi גזברין, Præfecti, vel Quæſtores Ærarii ſacri.

1 *Diſterminant.*] Ita agrum dividunt, ut non amplius pro uno habeatur, adeoque plures relinqui debeant anguli.

2 *Rivus.*] Quid ſit שלולית diſceptatur in Gemara, Baba kama 61. a. Alius vult eſſe מקום שמימי גשמים שוללים שם, *locum ubi aqua pluvia decurrunt, i. e. torrentem.* Alius, אמרת המים שמחלקת שלל לאנפיה *rivum aquæ, qui prædam imperti agris ad ripam ſitis.* Recte hic, utcunque non recte capiatur à Maimonide, fortean prava lectione deceptus; nam pro לאנפיה legit לחברותיה, *rivum aquæ qui prædam impertiti aliis.* Hinc שלולית exponit, מאזיר מא תמתר מנהא אורע ליכי בהא מואצעא אכרי, *canalem aquæ, unde rivi derivantur ad alia loca irriganda.* Hæc ſecutus Buxtorfius. Sed שלולית eſt ipſe rivus ad agrum irrigandum ex amne derivatus, ut recte Doctor ille Gemariſta, utcunque in Etymologia, dum à præda ita dictum vult, non parum ineptiat. Illam melius petas ex lingua Arabica, ubi metaphora ab enſe petita dicitur استل النهر جدول اذا اشق منه *Evaginavit amnem rivus, cum ab eo derivatur*, inquit Zamachſharius. Inde vetus Poeta Dhu 'rrumma, يستلها جدول كالسيف مصلت *Evaginavit amnem rivus, enſis inſita eductus.* Hinc ipſe rivus سلال, quod ipſiſſimum eſt noſtrum vocabulum שלולית.

3 *Via privata.*] Ea quatuor cubitos lata; publica ſedecim.

4 *Qua nequeat.*] Cujus latera nequeant.

5 *Quibuſcunque montibus.*] Verba iſta leguntur Eſai. VII. 25. Intelligunt præruptos montes, qui utcunque arari nequeant, adeoque agrum hinc inde aratum intercipiant, nihilominus diſterminare non cenſentur, quia paſtino vel ligone verti poſſunt.

6 *Quatenus unus.*] Pro toto iſto ſpatio quo viſus terminatur, utcunque intervenerit macerla, unicus tantum datur angulus.

1 *Con-*

utcunque in unicam aream convehat, duos dat angulos. Qui ſeverit agrum duabus ſpeciebus tritici, ſi in unam aream convehat, unicum dat angulum; ſi in duas, duos.

6. Caſus, quod ſerente R. Simeone Maſphathite coram Rabban Gamaliele, ingreſſi ſunt in Conclave cæſi lapidis, & diſquiſiverunt. Dixit Nahum Librarius, Traditione accepi à R. Meaſe, qui à patre meo accepit, qui à [1] Conjugatis qui à Prophetis; Conſtitutionem eſſe à Moſe de Sina; Qui agrum ſerit duabus tritici ſpeciebus, ſi in unicam aream convehat, unicum dat angulum; ſi in duas, duos.

7. Ager, quem demeſſuerint Gentiles, quem demeſſuerint latrones, quem populaverint formicæ, quem contriverit ventus, vel pecus, immunis habetur. Si demeſſo ejus dimidio, alterum dimidium demetant latrones, immunis habetur; quia obligatio de angulo erat in ſegete.

8. Si dimidio à latronibus demeſſo, proprietarius reliquum demetat dimidium, dat angulum pro eo quod demeſſuit. Si demeſſo dimidio, alterum dimidium vendat, emtor dat angulum pro toto. Si demeſſo dimidio alterum dimidium conſecret, qui illud redimit à Præfecto Ærario, dat angulum pro toto.

CAP. III.

1. DE areolis frumenti inter oleas Sammæani cenſent, dandum angulum de ſingulis. Hillelæi autem, de una pro omnibus. Conſentiunt, quod ſi capita areolarum permiſta ſint, angulus datur de una pro omnibus.

2. Qui pardi more agrum maculis diſtinxerit, relictis culmis virentibus, R. Akiba ait, dat angulum de ſingulis. Sapientes autem, de una pro omnibus. Verum Sapientes aſſentiuntur R. Akibæ de eo qui anethum vel ſinapi [2] tribus locis ſeverit, dare eum angulum de ſingulis.

3. Qui [3] deglabrat cæpas virentes in forum, aridis in aream ſervatis, dat angulum pro utriſque ſeorſim. Similiter de ciceribus. Atque ita in vinea, qui diſrarat, de reſiduo dat pro eo quod reliquit: ſed qui deglabrat ab una parte, de reliquo dat pro toto.

4. [1] Ma-

1 *Conjugatis.*] Συζύγιοι. Illi ſunt, qui bini recenſentur in Serie Deuterotarum, Pirke ab. I.

2 *Tribus.*] Al. *duobus vel tribus.* Atque ita citatur locus in Gemara Nid. 51. *a.*

3 *Deglabrat.*] Non potuit melior contigiſſe hujus loci interpres quam ipſa Miſna Sheb. IV. 4. ubi docet מרל eum dici, qui oleas ſingulas, vel binas ſubinde avellit; utpote qui rariores faciat, attenuetve; i. e. diſrarer, uti loquitur Columella in conſimili argumento de arundineti veteris caſtratione: qui ternas continuas, מחלים; utpote qui tot auferendo in cauſa eſt, ut glabretum appareat.

1 *Ma-*

4. [1] Matres cæparum tenentur de angulo. R. Joſes liberat. Areolis cæparum inter olera poſitis, R. Joſes cenſet angulum relinquendum de ſingulis; Sapientes de una pro omnibus.

5. Fratres qui diviſerint dant duos angulos. Denuo ſociati unicum dant angulum. Duo qui arborem coëmerint, unicum dant angulum. Si alter partem ejus borealem, alter auſtralem emerit, unuſquiſque dat angulum pro ſe.

6. Si quis vendat arborum ſtipites in agro ſuo, datur angulus de ſingulis. Ecquando vero? inquit R. Juda. Cum nihil ſibi reliquit agri dominus; ſin quicquam ſibi reliquit agri dominus, ille dat angulum pro toto.

7. R. Eliezer ait, Fundus qui [2] quadrantem capit, tenetur de angulo. R. Joſua dicit, qui reddit duo ſata. R. Tarphon dicit, qui quadratus eſt palmorum ſenum. R. Juda ben Beteira, qui tantus eſt,

1 *Mares.*] Id eſt, Cæpæ ſeminales.

2 *Quadrantem.*] Menſura minima in aridis, quæ Logo in liquidis æqualis. Dicitur autem רובע reſpectu Cabi, cujus quadrans eſt. Fundus quadrantis frumenti ſerendi capax definitur quadratum cubitorum 10 cum ſemi quam proxime. Cæterum cum menſurarum frequens mentio exiſtat in his libris, & uſus pene perpetuus, Judæorum hac de re doctrinam ſemel aperiam, ut huc recurrat Lector quando opus fuerit. Judæi eas omnes ad ova mediocria, i. e. (ut ipſi volunt) gallinarum maxima revocare ſolent. Maimonides autem diligentiſſimus hujus rei æſtimator, ovis explicuiſſe non contentus, pondus etiam drachmis Ægyptiacis, quæ ſingulæ 61 grana hordeacea quam proxime æquant, dimenſionem autem pollicibus cubicis æſtimat. Menſuras notatu digniores juxta illius ratiocinium ſic habe. Reliquæ ex his ſatis liquebunt. L liquidorum, A aridorum menſuram deſignat.

	pendet	capit	continet.
	dr.	*ova*	*poll. cub.*
L. *Quartarius*	26	$1\frac{1}{2}$	$10\frac{4}{5}$
L. *Logus* } A. *Quadrans* }	104	6	$43\frac{1}{5}$
A. *Cabus*	416	24	$172\frac{4}{5}$
A. *Omer*	$748\frac{4}{5}$	$43\frac{1}{5}$	$311\frac{1}{25}$
L. *Hin*	1248	72	$518\frac{2}{5}$
A. *Satum*	2496	144	$1036\frac{4}{5}$
L. *Batus* } A. *Epha* }	7488	432	$3110\frac{2}{5}$
A. *Corus*	74880	4320	31104

Sic in aridis Corus capit decem Ephas, Epharia Sata, vel decem Omeres, qui & ideo עשרונים, Δεκαμόριοι Joſepho, i. e. *decantes* vocantur; Satum ſex Cabos, Cabus quatuor quadrantes; nam רובע ſemper intelligitur *quadrans Cabi*. In liquidis autem Batus, Ephæ æqualis, capit ſex Hines, Hin duodecim Logos, qui totidem quadrantibus in aridis æquales; Logus quatuor quartarios; nam רביעית ſemper intelligitur quarta pars Logi, quem *quartarium* ideo dico, ut à *quadrante*, Logo æquali, diſtinguam. Sunt etiam in liquidis *ſemiſsis*, *triens*, *quadrans*, *& ſextans Hinis*, & *octans Logi*, quæ ex jam dictis ſatis innoteſcunt. לתך in aridis ſemicorus eſt. Unum addo, pondera hic drachmis definita intelligi debere de vino vel oleo, quantum capiunt iſtæ menſuræ. Recte enim animadvertit Maimonides non ſolum aliarum rerum, ſed & liquorum etiam pondera ſpecifice differre. Ideoque ipſe notat ad Edai. I. 2. Quartarium vini pendere 26 dr. aquæ 27, frumenti 21, farinæ 18, quam proxime. Reliqui numeri, ut iſta ſert proportio, vel augendi, vel minuendi. R. Joſeph ben Acanin, qui tractatulum de menſuris Arabice ſcripſit, noſtros numeros ſecutus eſt. Alius quidam R. David, qui ſextus à Maimonide eſſe dicitur, eandem materiam brevi commentariolo complexus, Quartario tribuit drachmas tantum 25; & eandem proportionem ſervat in reliquis, quod monuiſſe ſat eſt. Interim ſcio hæc omnia longe diverſa eſſe ab iis, quæ ex Joſepho de menſuris Hebræorum diligenter & erudite diſſerit Georgius Agricola; quod mihi documento erit, ne menſuras Atticas vel Romanas pro Hebræis ſubrogare contendam. Ut autem menſuram Romanam Hebrææ æquipollentem aſſignem, exiſtimo modium ad ſatum quam proxime accedere. Nam cum modius, ſi ad Agricolæ rationes æſtimetur, vini plenus drachm. pendeat 2968, olei 2133 circiter; Maimonidis calculus indifferenter oleo & vino æſtimatus, medius fere inter hos numeros conſiſtit. Hinc Syrus Evangeliorum Interpr. pro μόδιος ſemper ponit *ſatum*.

1 *Judi-*

eſt, ut ſecundo demum ictu demetatur. Et juxta mentem ejus obtinet Conſtitutio. R. Akiba cenſet, fundum quantulumcunque teneri de angulo, & de primitivis; *ſufficere* etiam, ut ſuper eum ſcribatur [1] judicialis cautio, & ut una acquirantur [2] bona non pignerati tia, vel numeratis pecuniis, vel inſtrumento, vel uſucapione.

8. Qui ſcripto donaverit bona ſua morbo decumbens, ſi fundum reliquit quantulumcunque, donatio ejus rata eſt: ſi ne tantillum reliquit, [3] irrita. Qui ſcripto donaverit bona ſua filiis, ſi uxori etiam donaverit fundum quantulumcunque, [4] dotem perdidit. R. Joſes ait; ſi ea in ſe receperit, utcunque ille non donaverit, dotem perdidit.

9. Si quis bona ſervo ſuo ſcripto donet, ille in libertatem exit. Si reliquerit fundum quantulumcunque, non exit liber. [[5] R. Joſes exiturum cenſet.] R. Simeon dicit; omnino liber exit, niſi ſic dixerit, *Omnia bona mea dono data ſunto N ſervo meo, prater partem eorum* [6] *decies milleſimam.*

CAP. IV.

1. ANgulus datur de eo quod fundo adhæret. De vite ſuſpenſa & palma paterfamilias delatum pauperibus diſtribuit. R. Simeon idem cenſet de [7] nucibus glabris. Si nonaginta novem dividendum

1 *Judicialis cautio.*] פרוזבול Cautio πρὸς βουλευτὰς, vel coram judicibus interpoſita, de debito etiam poſt annum remiſſionis vindicando. Cautio iſta interponebatur oppignerato fundo. Vide Sheb. X. 3, 4, 6.

2 *Bona non pignerantia.*] Bona dividuntur in שאין להם & נכסים שיש להם אחריות, אחריות, *bona quibus competit oppigneratio, & quibus non competit.* Prioris generis ſunt fundi vel prædia, (à *prade* etiam Latinis dicta; utrumque à *præſtando*, ut Varroni placet) quæ ſemper pignori oppoſita cenſentur; adeo ut ſi quis ea, ut creditorem eludat, alteri vendat, evictioni locus ſit, quo creditori ſuccurratur. Alterius generis ſunt bona mobilia, quæ non ſupponuntur creditori pignori nexa, in quibus emtor nullum evictionis periculum ſubit. Græci dixerint, ἔγγεια ὑσία, vel ἔγγεια κλήματα: & ὑσία ἀνέγγυος, κλήματα ἀνέγγυα. Bona autem ἀνέγγυα non aliter acquiruntur, quam במשיכה *traditione*; niſi una cum ἐγγύοις veniant, ut eorum etiam conditionem ſequantur. Illa autem acquiruntur tribus, qui hic dicuntur, modis. v. Kidd. I. 5. & Baba bath. IX. 7.

3 *Irrita.*] Quia ita prodit, ſe ideo duntaxat donaſſe, quia putaverat ſe protinus moriturum.

4 *Dotem perdidit.*] Si prudens ſciens acquievit.

5 *R. Joſes.*] Ex MS reſtitui, & ex Maimonide. Abſunt ab impreſſis.

6 *Decies milleſimam.*] Expreſſo ſibi reſervans quotamcunque partem: quippe ita exceptio ad ipſum ſervum extenditur.

7 *Nucibus glabris.*] Corylos intelligere videtur. Læviſſimæ enim colurnæ ſoboles. Maimonidi חליקי אגוזים ſunt שֹׁרֶף, i. e. *nucis ſpecies procera arbore*, ut ipſe explicat. R. Tanchum גוז נאעם ליין היין אלכסר והו שלי יסמי גוז פרך אי אנה יכסר בלפרך, *Nux mollis, Lavis, fractu facilis, quæ ideo dicitur* Nux פרך, *quia etiam fractu frangitur.* Si hæc componas, *nucem molluſcam* intellexiſſe videbuntur. An aliqua ſit nux, quæ Arabibus dicatur جوز الغرك, *quosvis inſpexi*, mihi non conſtat. Certe nihil tale reperio apud Arabum medicos, vel herbarios, Ebn Jazlam, Avicennam, Ebn Al-Cabatium, ſive autorem libri Malageſæ, & Beitharidem. Verum ad calcem Tituli Orla III. 7. mentio habetur nucum פרך, ubi Maimonides פרך palam ſumit pro nomine proprio.

dundum poſcant, & unus aliquis diripiendum, huic auſcultant, quippe juxta Conſtitutionem poſcit.

2. In vite ſuſpenſa & palma aliter ſe res habet. Si nonaginta novem diripiendum poſcant, & unus aliquis dividundum, huic auſcultant, quia juxta Conſtitutionem poſcit.

3. Si quis arripiat anguli partem, eamque in reliquum projiciat, illi nihil inde competit. Si in illum ſe immittat, vel pallium ſuperne expandat, [1] auferunt ab eo. Pariter in ſpicilegio, & in prætermiſſo.

4. Angulum non demetunt falcibus, nec ſecuribus extirpant, ne alter alterum feriat.

5. Tres [2] perquiſitiones habentur de die; mane, meridie, & tempore pomeridiano. Rabban Gamaliel ait; Hoc non alio fine dictum, quam ne pauciores habeantur. R. Akiba dicit, Non alio fine, quam ne plures. Bethnamarenſes legebant ad funem, & angulum dabant de unoquoque ordine.

6. Alienigena qui agro demum demeſſo fit proſelytus, immunis habetur à ſpicilegio, prætermiſſo, & angulo. R. Juda teneri cenſet de prætermiſſo, quia non obtinet prætermiſſum, niſi tum demum cum fiunt manipuli.

7. Si is, qui conſecraverit in ſegete, idem redimat in ſegete, tenetur: in manipulis, & redimat in manipulis, tenetur. In ſegete, & redimat in manipulis, immunis eſt; quia quo tempore incidiſſet obligatio, immunis erat.

8. Eodem modo, ſi quis conſecraverit fruges ſuas priuſquam pervenerint ad tempeſtatem decimandi, deinde redimat, tenentur: poſtquam pervenerint ad tempeſtatem decimandi, deinde redimat, tenentur. Si conſecraverit antequam elaboratæ fuerint, deinde à Præfecto Ærario demum elaboratas redimat, immunes habentur; quia quo tempore incidiſſet obligatio, immunes erant.

9. Si quis angulum legat ita fatus; *Eſto hoc in uſum N pauperis*, R. Eliezer ait, ei jus obtinuiſſe cenſetur. At Sapientes dicunt, dabit pauperi qui primum occurret. [3] Spicilegium, prætermiſſum, & angulus

1 *Auferunt ab eo.*] Al. *eum inde retrahunt.* Ita etiam Maimonides Matt. an. II. 18. & Moſes Cottienſis Præc. Neg. 284.

2 *Perquiſitiones.*] Id eſt ſtata tempora, quibus ſpicilegium &c. perquirendi facultas conceditur pauperibus. De hac voce in varias partes eunt Judæorum interpretes. Verſionem meam tueor ex Paraphraſte Chaldæo, qui Eſai I. 8. ſic παραβολὴ ζες. *Sicus umbraculum in vinea, poſt racematione*m; *ſicut lectulus diverſ rius in cucumerari*, *poſtquam* אבעיוהי *perquiſiverunt.* Ubi קטף *racemare* in vinea, & אבעי *cucumerum reliquias ſectari & perquirere* in cucumerario, plane opponuntur. Ad iſta verba Paraphraſtis ſic R. Salomo, והוא לשון המשנה שלש אבעיות ביום. *Et illa Miſnæ phraſis eſt, ceu* Tres perquiſitiones habentur de die. Forſan *miſſiones* rectius verterem, ut actio referatur ad proprietarium, qui tribus vicibus de die pauperes in agrum mittit. Ita סבעיר Bab. kam. I. 1. is eſt, qui pecudem ſuam in agrum alienum pabulatum mittit, ut ibi dicturi ſumus.

3 *Spicilegium &c.*] Immunia iſta vulgo à decimis. Sed ſi percipiantur ex agro alienigenæ, decimæ inde perſolvendæ; quia ad eum nihil ſpectat lex de angulo, ſpicilegio, & prætermiſſo, nec

gulus alienigenæ tenentur de decimis, nisi si communis juris fecerit.

10. Quid est spicilegium? Quod inter metendum decidit. Si messor demetat plenum manipulum vel evellat plenum pugillum, & feriat eum spina, ita ut de manu decidat, hoc pertinet ad proprietarium. De media manu vel de media falce pauperum est: de posteriore parte manus vel falcis, proprietarii: de extrema manu vel falce, R. Ismael censet pauperum esse; R. Akiba, proprietarii.

11. [1] Formicarum cavernulæ in media segete proprietarii censentur; pone messores superiore parte pauperum, inferiore proprietarii. R. Meir totum pauperum esse censet, quia quod dubium est in spicilegio, spicilegium est.

CAP. V.

1. METæ subter quam non lectum est, quicquid solum tangit, pauperum fit. Si ventus manipulos disperserit, conjectura æstimandum est quantum spicilegium facere poterit, & illud dandum pauperibus. Rabban Simeon filius Gamalielis pauperibus dandum censet [2] pro modo ejus quod decidit.

2. Spica quæ est in demesso, cujus caput pertingit ad segetem, si demeti possit cum segete, pertinet ad proprietarium; sin minus ad pauperes. Si spica spicilegii metæ sit immista, [3] decimat spicam unam, eique dat. Inquit R. Eliezer, At quomodo pauper iste [4] rem permutat, [5] quæ nondum in potestatem ejus venit? quin potius pauperi [6] jus impertit ad totam metam; [7] deinde decimat spicam unam, eamque ei dat.

3. Non

nec dare tenetur; ager autem illius in terra Israelis à decimis non habetur immunis. Hoc totum ex sententia privata R. Meiri, cujus hæc regula אין קנין לעכו"ם בארץ ישראל לחסקיע מן המעשרות *Non est possessio Gentilis in terra Israelis ad refrendendas decimas.* Vide infra Dem. V. 9.

1 *Formicarum cavernulæ.*] Frumentum inibi repertum.

2 *Pro modo ejus quod decidit.*] Ita sonant Hebræa בכדי נפילת. RR. Samson & Obadias intelligunt de eo quod in messe decidit; sed ita frustra conantur distinguere inter sententiam Rabban Simeonis, & Deuteroræ prioris. Maimonides intelligit de eo quod in semente decidit, vel spargitur, i. e. de quantitate seminis quam capit solum ubi manipuli dispersi; ut vertere sic possem, *pro modo seminis jacti.* Hoc modo palam sumitur hæc phrasis Babæ metz. IX. 5. אם יש בה כדי נפילה, *si sit in proventu, quantum fuerat in jacto semine.* Ita etiam אחר מכדי *Tars vicesima quarta ejus quod cadit in agri satum*: i. e. quod seritur. Chil. II. 2.

3 *Decimat spicam &c.*] Id est, Proprietarius spicam unam aliquam ex acervo desumtam decimis liberat, & pauperi dat pro spica ista spicilegii acervo immistæ. Decimis liberat, quia spicilegium à decimis immune. Id autem sic fit. Acceptis duabus spicis sic infit, *Si hæc spica spicilegii sit, bene est; sin minus, statuantur decimæ de ea debitæ in hac altera.* Eam deinde pauperi tradit.

4 *Rem permutat.*] Spicam spicilegii pro alia qualibet.

5 *Quæ nondum &c.*] Juxta vestram sententiam superiore capite, parag. 9. expositam. Objectio enim R. Eliezeris est merum argumentum ad hominem: non ex sua sententia.

6 *Jus impertit.*] Ea lege ut restituat.

7 *Deinde.*] Post restitutionem.

3. Non [1] inducunt uliginem. Ita R. Meir. At Sapientes permittunt, quia fieri potest ******

4. Paterfamilias qui in itinere egestate premitur, capiet spicilegium praetermissum, angulum & decimas pauperum; deinde domum reversus rependet. Ita R. Eliezer. At Sapientes dicunt, Pauper erat isto tempore.

5. Si quis permutaverit cum pauperibus, quod suum est [2] immune habetur; quod pauperum, tenetur. Duorum, qui agrum conduxerint ad [3] culturam partiariam, hic illi dat partis suae decimas pauperum, & ille huic partis suae decimas pauperum. Qui agrum metentes

1 *Inducunt uliginem.*] Id est, Non rigant arva uligine molis aquariis inducta, ne pereat spicilegium. Secutus sum hic R. Danielem, veterem interpretem Nathanis Lexicographi fratrem, cujus expositioni favet etiam Talmud Hierosolymitanum. Utrinsque verba citantur à R. Nathane: sed non sine gravi mendo in codicibus vulgatis. Locum sic restituo, מפרש ר' נתניאל ולי שלא יבקע שדהו בל"ר שהרי טופח על מנת לחטפיה מפני שמזיק לעניים' ירושלמי תמוהין שדהו ער שלא ורד תעני &c. *Sic exponit R. Daniel p. m. quod non ea cum rigabit quis agrum suum, dum id adeo fiat, ut aliud agrum reddat, quia pauperibus nocet. Talmud Hierosolymitanum; Ut regat quis agrum suum antequam in eum descendant pauperes, si damnum ejus arvis damnum superat, licet: sin pauperum damnum illius damnum superet, illicitum. R. Judas dixit, sive hoc sit, sive non, super maceriam ponit, & accidens pauper, quid fecum est? tollit.* Longe aliter hunc Misnae locum sumit Maimonides, cui נגוע hic denotat שאקרטמאן & יאוסמוי, *devolutionem, & superexcrescentiam in rebus agendis*, ut in complexu unius rei fiat alia. שאקרטמאן autem est quod frumenti genus est, ni fallor, melicae species, de quo infra VI. 7. ut sic sonent verba, *Non una metunt melicam*; scilicet cum alio frumento. Hoc autem vetari censet, ne spicilegium de melica i. e. deteriore specie cadat, adeoque damnum patiantur pauperes. Vix dici potest quam frigidum hoc sit commentum. Paragraphus hic in fine plane mancus est, quod tamen crassiores sunt Judaei, quam ut intelligant.

2 *Immune*] A decimis, quia pauperum erat, adeoque à decimis liberum.

3 *Culturam partiariam.*] Coloni Judaeis, pariter ac Romanis duum sunt generum; qui agrum colendum conducunt pacti certam pensionem, & qui conducunt pacti aliquotam partem proventus. Priores qui pensionem determinatam proprietario reddunt, si pensio sit in frugibus vocantur חוכריב vel חביריו, & pensio dicitur חכורה; si in pecuniis numeratis שכירים & שכירין. Unde illud ex Titulo Demai R. Nathani citatum, מה בין שוכר לחוכר השוכר בסמוכות והחוכר בפירות & חוכר ? שוכר *Quid interest in re hoc, quod* שוכר *sit nummis conducens*, חוכר *frugibus.* Quae tamen verba in Misna non extant; sed in Baraita istius Tituli, ut inde citantur à Maggid Misna ad Maimonidis Hal Sechir. VIII. 1. Utrique recte comprehenduntur Jurisconsultis Romanis nomine *colonorum qui nummis colunt.* L. *Si apes.* Dig. *De furtis.* Ubi vide Dionysium Gothofredum. Nos distinctionis ergo pro חוכרים semper ponimus *pensiones conducentes*, pro שוכרים, *nummis conducentes.* Qui partibus colunt, dicuntur אריסין, *Colini*, vel *Rusticae partiarii*, ut loquitur Cato de Re rustica, 137. qui aliquotam partem proventus Domino fundi pendunt. Talos יג"פ; isti parabolae Evangelicae, Matt. XXI. 33. & in locis parallelis Marci & Lucae. Interpres Chaldaeo-Samaritanus ponit hanc vocem pro סם; Gen. XLIX. 15, • • • • • Interpres Latinus inepte, *Et fuit convivis pastor.* Verto, *Et factus est vectigalis colonus.* • enim hic *Colonus* est, ut alibi apud eundem Interpretem verbum • est *colere*, Deut. XXVIII. 39. & • *agricultura*, Genes. IX. 20. • autem speciem determinat, ut sit *Leonis partiarius* vel *vectigalis.* Vide etiam Deut. XX. 11. Similiter Arabibus & ejusmodi colonus esse videtur, quanquam Phirusabadius simpliciter exponat *agricola.* Verbum in II. conjugatione *talem colonum esse vis*, i. e. ut idem Camusi Auctor, quod non satis intellexisse videtur Cl. Golius; saltem non satis exprimit, dum sic exponit, *Operam alicujus & ministerium expetivit*, eoque usus fuit.

enim

metendum conduxerit, ei interdicitur ſpicilegio, prætermiſſo, angulo, & decimis pauperum. Ecquando vero? inquit R. Juda. Si conduxerit ad dimidiam, tertiam, vel quartam partem. Sin ſic convenerit, *Tertia pars* [1] *ejus quod demetis tui eſto*, permiſſa ei cenſentur ſpicilegium, prætermiſſum, & angulus; interdicitur autem decimis pauperum.

6. Si quis agrum [2] divendat, venditori permiſſa ſunt, emtori interdicitur. Non conducet quiſpiam operarium ea conditione, ut filius ejus poſt eum legat. Qui non permittit pauperes legere; vel qui alterum permittit, alterum vero non; vel qui aliquem eorum adjuvat; ille deprædatur pauperes. De ea re dicitur, (Prov. XXII. 28. & XXIII. 10.) *Ne retroagas terminum* [3] *aſcendentium.*

7. Manipulus, cujus obliti ſunt operarii, non autem proprietarius; cujus oblitus eſt proprietarius, non autem operarii; ante quem ſteterint pauperes, vel ſtipula contexerint, non habetur pro prætermiſſo.

8. Si quis cogat in [4] galeas, [5] ſiros, placentam, vel manipulos, de

enim eſt استخدمه ارديس — ا *pro colono uſus eſt*: atque ita intelligi voluit & deboſt Phirazabadius. Hinc noſtrum אריסות *Cultura partiaria*: quæ & alibi dicitur קבלנות, uti קבלנותא *Cultura partiaria*; & הפרנסא *Conductio ob penſionem* opponuntur Gem. Bab. Baba metz. 104. *a* Unde etiam מקבל & קבלי *Colonus*, vel *redemtor partiarius*. Quamvis קבל latius ſabinde pateat, & recte referatur ad Conductionem omne genus. Non me latet R. Tanchumum מקבל Coloni ſpeciem diverſam ab אריס conſtituere, hac differentia, ut אריס *is* ſit colonus, cui mercedis loco partem proventus aliquotam Dominus fundi præciſitur, ipſe interim impenſas culturæ & meliorationis ſuppeditans; ut forſan ita *Villicum* non male intelligas. מקבל is, qui agrum ea lege colendum conduxit, ut aliquotam frugum partem Domino pendat, ipſe autem impenſas omnes culturæ & meliorationis ſuſtineat. Sed hæc neſcio qua veterum authoritate nituntur. Certe uſu didici, non ſemper turum eſſe R. Tanchumo fidem præſtare. Perlegeſis Dem. VI. & ibi Gemaram Hieroſolymitanam. Baba metz. IX. Maimonidem Hal. Sechir. VIII. & ad Bicc. I. 2. item R. Nathanem in חכר, præter recentiores. Quod autem ad originem vocis אריס, minime probo ſententiam Muſaphiæ, qui Græcum eſſe vult, & iſta lingua *cuſtos* denotare. Intelligit, ni fallor, ἔφορος Homeri. Sed hoc nimis alienum. R. Nathan affert ערסי pro אריסי ex Baba bath. 46. b. (non 42. ut male notatur in codd) atque hinc eſt quod Cohen de Lara conferat cum Arabico غرديس, & *villicum* exponat. Sed غرديس nuſquam ſignificat *villicum* Arabibus: quanquam de

غارس ita ſignificare poſſit, ut in Arabe Expenſino Joh. XV. 1. ὁ γεωργός *plantavit*. Sed neutram horum mihi probatur.

1 *Ejus quod demetis.*] Ut ita jus ei competat demtum poſt meſſem: dum fruges terræ adhærent, nullum.

2 *Divendat.*] Atque ita pauper fiet.

3 *Aſcendentium.*] Ita editiones plerasque, & MS. hic & infra VII. 3. legnnt עולים. Atque ita olim lectum fuiſſe conſtat ex Talmude Hieroſolymitano רב ירמיה ורב יוסף חד אמר אלא עולי מצרים והרגה אמר אלו שירדו מנכסיהן למסיבא צוחין סניא נהוד וא *Magiſtrorum Jeremiæ & Joſephi, alter dicit hos eſſe aſcendentes ex Ægypto, alter eos qui ob hus ſuis exuti ſunt*: *ita* per ſimilem antiphraſin *eacum vocant* εὐλαβεγγὴ Ita illi, nullo reſpectu habito ad hodiernam & meliorem lectionem, עולם *æternum*, quam ſecuti ſunt omnes veteres interpretes.

4 *Galeas.*] Acervos turbinatos inſtar galeæ.

5 *Siros.*] כומסאורת, Vox quam non alibi temere reperias. Maimonides הפרה פי ארץ *foveam in terra* exponit. Quod ſi verum, nec ego multum à vero abludo. Helychius, σίρος, ὀυγμάτιον, ἐν ᾧ τὰ γεννήματα τὰ σπερμάτια. Mox σίρος exponit πυθμὴν ἐν ᾧ τὰ σπέρματα πλήσσει. Similia ferè apud Suidam, niſi quod ſcribat σιρὸς, & *alibi*. Varro de Re ruſtica bis σιρὸς, I. 57. 63. Hinc Columella, *Pſſunt etiam deſoſſa frumenta ſervari, ſicut tranſmarinis quibuſdam provinciis, ubi puteorum in modum, quos appellant ſiros, exhauſta humus editos à ſe fructus recipit.* Forſan

de eo non eſt prætermiſſum: inde in aream, de eo datur prætermiſſum. Si quis cogat in metam, de eo datur prætermiſſum: inde in aream, non datur. Hæc eſt regula generalis. Si quis cogat in locum, ubi eſt operis conſummatio, de eo datur prætermiſſum; inde in aream, non datur. In locum ubi non eſt operis conſummatio, de eo non datur prætermiſſum; inde in aream, datur.

CAP. VI.

1. SAmmæani dicunt, Res pauperibus in commune collata [1] communis eſt. Contra Hillelæi non cenſent communem fore, niſi divitibus etiam communis fiat, uti annus remiſſionis. Si ſinguli in agro manipuli ſingulorum caborum ſint, præter unum qui quaternos capiat, iſque oblivione prætermiſſus ſit, Sammæani dicunt non haberi pro prætermiſſo. Hillelæi cenſent haberi pro prætermiſſo.

2. Manipulus juxta [2] portam, metam, boves, vel inſtrumenta oblivione relictus, Sammæani dicunt, [3] non habetur pro prætermiſſo. Hillelæi cenſent haberi pro prætermiſſo.

3. Ordinum initia manipulus qui ex adverſo eſt [4] coarguit. Manipulus, qui prehenſus fuerat, ut in urbem portaretur, ſi deinceps oblivione relictus ſit, conſentiunt, quod non habetur pro prætermiſſo.

4. Ita ſe habent ordinum initia. Quum duo inchoaverint à medio ordine, hic ad ſeptentrionem, ille ad meridiem converſus, ſi obliti prætermittant tum antrorſum tum retrorſum, quod ante eſt, habetur pro prætermiſſo; quod pone, [5] non habetur pro prætermiſſo.

Unicus

tamen aliud eſt טומסאא. Certe كمر Arabice eſt, *manibus congeſſit coegitve rem in rotunduorem formam.* Inde كمبة *Conglobata dactylorum maſſa. Cumulus rotundior arenarum aut terra*: ut Camuſum eleganter & fideliter exprimit Golius. Sequitur חוררה, i. e. *placenta.* Hic autem intelligitur acervus πλακουντώδης.

1 *Communis eſt.*] Ideoque à decimis immunis. Hic & ſequens paragraphus extant iterum infra Edai. IV. 3, 4.

2 *Portam.*] גפרה Maimonidi eſt מגלן אחוריקרא, *porta horti*, latior nempe & depreſſior, vecturis accommodata. R. Juda Harizius, qui Maimonidis præfationem in hunc Ordinem, & commentarium in quinque Titulos priores Hebraice expreſſit, inepte hoc vertit שער העגולה *portam circuitus.* Bertinorius גפרה vult eſſe *portam ex cæmentis ſtractum ſine luto*; & hanc interpretationem repetit ad Chil. II. 8. & Edai. IV. 4. Verum ad Baba metz. II. 2. rectius meo judicio, & appoſitiſſime quidem גפרה exponit סתימת כותל של עץ או של קנים *clauſura parietis lignea vel arundinea*: ut ſit porta, qualem diximus, clathrata vel cratitia.

3 *Non habetur.*] Quippe cenſent, ipſum locum argumento eſſe, manipulum iſtum jampridem à proprietario occupatum fuiſſe, utpote à quo illuc delatus ſit: at cum ſemel occupaverit proprietarius, jam non amplius valet Lex de prætermiſſo, ut mox ſequitur.

4 *Coarguit.*] Id eſt, indicat utrum manipulus ſub lite ad initium ordinis avecti pertinuerit, ut ita pro prætermiſſo habeatur; an vero ad initium ordinis deinceps auferendi, ut ſic non habeatur pro prætermiſſo. Quippe adverſus manipulus monſtrat, utrum hic extra ordinem ſit necne.

5 *Non habetur.*] Quia pertinet ad ordinem tranſverſum.

Unicus autem, qui inchoaverit ab ordinis initio, ſi oblitus prætermiſit antrorſum & retrorſum, quod ante eſt, non habetur pro prætermiſſo; quod pone, habetur pro prætermiſſo; quia comprehenditur interdicto (Deut. XXIV. 19.) *non reverteris*. Hæc eſt regula generalis. Quicquid comprehenditur interdicto, *non reverteris*, habetur pro prætermiſſo: quod non comprehenditur interdicto, *non reverteris*, pro prætermiſſo non habetur.

5. Duo manipuli habentur pro prætermiſſo; tres non habentur pro prætermiſſo. Duo olivarum, vel ſiliquarum acervi habentur pro prætermiſſo; tres non habentur pro prætermiſſo. Duo lini [1] faſces habentur pro prætermiſſo; tres non habentur pro prætermiſſo. Duo acini habentur pro [2] acinilegio; tres non habentur pro acinilegio. Duæ ſpicæ habentur pro ſpicilegio; tres non habentur pro ſpicilegio. Hæc ad mentem Hilleliorum. Verum de univerſis Sammæani; Terna pauperibus cedunt, quaterna proprietario.

6. Manipulus duo continens ſata oblivione relictus non habetur pro prætermiſſo. Duo manipuli qui duo continent ſata, Rabban Gamaliel ait, proprietarii eſſe cenſentur. At Sapientes volunt pauperibus cedere. Inquit Rabban Gamaliel: nunquid igitur ex auctiore manipulorum numero melior fit conditio proprietarii, an deterior? Agnoverunt meliorem fieri. Quibus ille: Quid ergo, ſi unus manipulus duo continens ſata, quum oblivione relictus ſit, non habeatur pro prætermiſſo; duo manipuli qui duo continent ſata, nonne æquum eſt, ut non habeantur pro prætermiſſo? Reſponderunt; Nequaquam. Si illud affirmaveris de unico manipulo, qui metam æquat; nunquid & idem affirmabis de duobus, qui faſciculorum ſunt inſtar?

7. Seges, quæ continet bina ſata, oblivione relicta non habetur pro prætermiſſo. Si non contineat bina ſata, verum tanta ſit, ut debe-

1 *Faſces.*] Corrigendi codices impreſſi, qui habent חוצני; quomodo etiam legunt Commentatores recentiores. Vox nihili eſt. R. Nathan olim legebat חוצני; atque ita MS Maimonides, & R. Tanchum. Eſt autem חצן vox ex Bibliis ſatis nota, quanquam haud ſcio an ſatis explicata. Ut aliorum interpretationes præteream, vera vocis notio patet ex lingua Arabica, ubi حضن eſt, definientibus eorum Criticis, ما دون الابط اي الكشح *pars corporis inter axillam & hypochondrium.* Hinc احتضن, *rem ad partem iſtam corporis applicatam geſſavit*, i. e. ſub axillam, inter brachium & latus. Hinc etiam حضن, & Hebraïs חצן *locus inter brachium & latus* ubi ita geſtatur. Pſ. CXXIX. 7. וחצנו מעמר, *nec is qui manipulos vincit, ſuum* חצן. *Axillam* ibi habet vulgatus; & R. Salomo vernacule איישילאיר, proxime ad rem. Hinc denique nobis hic חוצן *faſciculus, quantum ſub axilla ferre quis poteſt.* Et hoc etiam Arabibus ſuum حضن. Zamacſharius, اعطاه حضنا من الزرع اي قدر ما احتمله في حضنه *Dedit illi* حضنا *frumenti*, i. e. *quantum ferre potuit inter brachium & latus.*

2 *Acinilegio.*] פרט proprie ſingulares, vel ut plurimum bini acini ſunt qui inter vindemiam deteruntur. Hinc LXXII pro פרט Lev. XIX. 10. ſimpliciter ponunt ἀφαιρέσεις.

deberet bina ſata facere, ſi vel typhæ ſit, eo habent loco, ac ſi foret proventus hordeaceus.

8. Seges [2] eximit manipulum & ſegetem. Manipulus non eximit, neque manipulum, neque ſegetem. Quænam ſeges manipulum eximit? quæcunque non habetur pro prætermiſſo, vel culmus unicus.

9. Satum frumenti avulſi, & ſatum non avulſi (& ſimiliter in arboribus, allio, & cæpis,) non conflantur [3] ad duo efficienda ſata, ſed pauperibus cedunt. R. Joſes ait; Si interveniat dominium pauperis, non conflantur; alioquin conflantur.

10. De frumento in pabulum delecto, vel in [4] tomices; atque ita de [5] tomicibus allii, item de faſciculis allii & cæparum; de his non habetur prætermiſſum. De univerſis in ſolo occultis, veluti de [6] aro, allio,

1 *Typha.*] Maimonides ubicunque occurrit טופח, intelligit Medicorum קרטמאן. Illud autem ſupra ad V. 3. & ad Tebul yom I. 2. vult eſſe granum viribus proxime accedens ad hordeum. Hic, adeo infrugiferum, ut area bene larga parum ſeminis prodeat, totæ fere in ſtramen & ligna abeunte. Ad Chil. I. 1. granum candidum, rotundum, fractu difficile, natura ad hordeum proxime accedens. Ad Sheb. IX. 4. ſponte ſine cultura provenire. Melica vel ſorghi ſpeciem intelligere videtur, quam etiam Bellonius Arabibus *hareman* appellari notat. Deciſſe debuit *hareman*. Idem autem هرطمان & هرطمان, ut expreſſis verbis docent Beidharides & Author Milayeſis. Apud Avicennam mendoſe legitur بهرالطمان pro quo Cremonenſis *hareman*, adhuc corruptius. Inde forſan Bellonius ſuum *hareman*. Proculdubio Avicenna ſcripſit هرطمان. Atque ita illi ſuppar Ebn Jazla. Ita etiam Bellonenſis & Plempius. Quid autem ſit هرطمان vel هرطمان nas ſatis convenit inter Arabes. Beitharides ei accommodat deſcriptionem bromi Dioſcoridis ex lib. II. Ebn Al-Cabetius in Malayeſa accuratius ut videtur هو حب يشبه الجلبان وبعضهم يجعله جلبانا وليس كذلك لان الهرطمان فيه مرة وسواد وذلك يشوبه غيره وتباينه كالحنطة وتمرته في غلف مقسومة قصفين

Granum eſt piſo ſimile, quod & nonnulli pro piſo habent. Sed aliter res eſt. Quippe Hortoman rubedine & nigredine diſtinguitur, admixtis etiam leviter aliis coloribus; culmus qualis tritici; fructus in legumentis biſtilis. Et quidem טופח alicubi in Miſna generi frumentaceo, ut hic; alibi leguminoſo contribuitur ut Chil. I. 1. Hoc in cauſa fuiſſe videtur Maimonidi, ut קרטמאן eſſe vellet; quia id utrumque genus quodammodo refert. Sed agre id mihi perſuaſerit. Certe ſi culmus ei frumentaceus, vix fieri poſſe videtur, ut Chil. I. 1. non haberetur diverſi generis à legumine. Ob hanc rationem repudiandam cenſeo iſtam Maimonidis ſententiam, quam toties ingerit. Hic ſumi videtur pro degeneri hordeo. Typham poſui; reſtene an ſecus non ſatis ſcio. Sed ſonus convenit: & ita exponunt Muſaphias & Cohen de Lara. In Talmude Hieroſ. pro טופח ponitur, מילותה, quod quid ſit neſcio. Locum autem in hodiernis codicibus non ſatis ſanum aſſerain ad Chil. I. 1.

2 *Eximit.*] Periculo liberat, ne habeatur pro prætermiſſo.

3 *Ad duo eſſe.*] Ut ita non obnoxia ſint legi de prætermiſſo; quippe quod bina æquat ſata iſta lege non tenetur. Verum uncis ſocioſa abſunt à Talmude Hieroſolymitano, & à MS. Videntur ex gloſſemate irrepſiſſe.

4 *Tomices.*] Maimonides *faſciculos.* Minus bene.

5 *Tomicibus.*] אגדים Maimonides interpretatur *plurimas allii caules ex eadem radice orias & naturaliter conjunctas.* Et hoc ſine exemplo. אגדים, vel ut melius legitur in Talmude Hieroſolymitano איגורים ſunt tomices. R. Nathan ex Succa, הותר איגורו *ſolvat tomices ejus*, quam geſtare ſolent in feſto Scenopegiæ.

6 *Aro.*] Centies in Miſna recurrit לוף; & tamen neſciunt Judæi quid ſit. Maimonides non dubitat ſpeciem eſſe cæpæ. Hinc R. Tanchum נוע מן אנואע שבצל שדברי *Species quædam eſt cæpæ agreſtis*; ignorans alibi etiam legi לוף שוטה, *fatuum vel agreſte* לוף, ut ab hortenſi diſtinguatur. Addit ואן כאן תם מן ירי אנה שקלקאס עליה וקיל לכן שאול הו שצחיה שמתפק עליה וקיל אנה בצל שעגנל *Quanquam non deſint, qui habeant pro colocaſia. Sed quod prius poſui verum eſt, de quo etiam convenit. Dicitur etiam ſcilla bulbum eſſe.* Sed לוף *arum* eſt, Dioſcorides, Ἄρον τὸ καλούμενον

allio, & cæpis, R. Juda ait, non habetur prætermiſſum. Sapientes haberi prætermiſſum volunt.

II. Si quis noctu metit, vel vincit, vel cæcus, competit prætermiſſum. Si autem in mente habuit craſſiuſcule delibare, de eo non competit prætermiſſum. Si dixerit, [1] *Hac conditione meſſurus ſum, ut ſi quid oblitus præteream, deinceps auferam,* de eo competit prætermiſſum.

CAP. VII.

I. QUæcunque olea celebritatem adepta eſt in agro, [2] veluti olea Netophathæa ſuo tempore, ſi oblivione relinquatur, non tamen ſumitur pro prætermiſſa. Quo ſenſu dicuntur hæc? Videlicet nomine, proventu, vel loco. Nomine, ut fuerit Saphconæa, vel [3] Belanæa. Proventu, ut fuerit fructu fœcunda. Loco, ut poſita

κρόμμυον παρὰ Σύροις λύφα. لوف etiam Arabibus *arum*. Medici eorum antiquiores duas ſpecies dant, lævem & criſpam quarum hæc Græcorum *dracontium*, illa *arum*. Ita Ebn Jazla & Avicenna. Ita etiam Pandectarius Arabs Serapio, & apud eum alii non pauci. Recentiores, Ebn Al-Cabatius in Malayeſa, & Beithardes tertiam ſpeciem addunt, *ariſarum* Dioſcoridis. Verum ſimpliciter لوف *Arum* eſt Abi-Haniſa & aliis apud Pandectarium. Dracontium autem لوف الحيه, *Luph ſerpentis*. Atque hinc eſt, quod nonnemo apud R. Tanchumum, לוף exponat *colocaſiam*. Ita R. Daniel, Nathanis Lexicographi frater, quem forſan intelligit. Colocaſiam intellige, non Dioſcoridis, quæ vera eſt faba Ægyptiaca in Nilo naſcens, & inter bulboſas æquaquam numeranda: ſed bulboſam, quam memorant Palladius, Aetius, & alii veterum, & quam eo nomine deſeribunt Herbarii vulgares, aro ſimillimam, vel forſan ipſum arum. Notha Dioſcoridis de aro, ὃ οἱ Κυπρίοι καὶ κολοκάσιον λέγουσι. Beithardes, أن ان الفيل قيل انه القلقاس وقيل هو اللوف الكبير وهذا هو الاصح *Auriculas elephantis colocaſia eſſe dicitur, ſed & luph majus* i. e. dracontium; *quod verum*. Auriculum elephantis dracontium etiæ vule Beithardes, & Græce dici فيلجرشن. Sed juxta Ebn Jazlam فيلجوش utrumque لوف complectitur, arum, & dracontium. Nec vox Græca eſt, ſed Perſica. Zein al Attar Perſa, فيلجوش ببارسي فيلكوش i. e. خواندن وان لوفست Perſice فيلكوش, i. e. *aurem elephantis vocant*; eſt autem لوف. Et certe ari folia non parum referunt aures elephantis. Hoc ergo erat, quod nonnulli vocabant colocaſiam; quod Beithardes non probat. Ignorabat enim colocaſiam bulboſam, quæ ſpecies ari; aquaticam deſcribit, quæ ab aro toto cœlo diſcrepat. Quod autem in Miſna לוף ſemper fere conjunctum venit cum allio & cæpa; hoc etiam in arum bene quadrat. Aetius de ſua colocaſia, quæ ari ſpecies, παραπλήσια πάντῃ τὰ ῥίζαις τοῖς δυνάμεσι ἐπὶ τοῖς γογγυλίσι, καὶ κρομμύοις. Abu-Haniſa Dinurius apud Serapionem de aro, لها بصل شبيه ببصل العنصل *bulbum habet, qualis eſt ſcilla bulbus*. Gloſſæ Jatricæ, κολοκάσιον, βολβὸς ὃ σκιλλοκρομμύοις. Hinc ille à R. Tanchumo laudatus, pro vera habuit ſcilla.

1 *Hac conditione.*] Quippe iſtiuſmodi conditio irrita cenſetur, ac Legi contraria. Regula juris eſt: כל ותנאה על מה שכתוב בתורה תנאו בטל, *Si quis quidpiam paciſcatur contra illud quod in Lege ſcriptum, pactum irritum cenſetur.*

2 *Veluti.*] אמילו כווית legitur in editionibus, ſed delendum אמילו, quod nec agnoſcit MS. nec Maimonides. Irrepſit ex ſequenti paragrapho.

3 *Belanæa.*] Appellativæ has voces ſumunt Judæi ridicule. De בישנו בישנו parum mihi conſtat. Attamen denominativi generis eſt à בירת שאן, quæ etiam Edreſio & Abulfedæ Geographis Arabibus celeberrimis, eliſo elemento ת, dicitur בישאן. Ita etiam בישנו in Talmude Hieroſolymitano, Megil. 73. *d.* ſunt Bethſanenſes, vel Scythopolitani. Talmud alterum Megil. 24. *b.* היכי דכתיב לא ישא את בפיו

ſita fuerit juxta torcular, vel prope effractam ſepem. De cæteris omnino oleis binæ pro prætermiſſo habentur; ternæ non habentur pro prætermiſſo. R. Joſes dicit, Non eſt prætermiſſum de oleis.

2. Olea quæ reperitur ſtans inter [1] tres ordines duarum areolarum, ſi oblivione relinquatur, non tamen ſumitur pro prætermiſſa. Olea quæ duo habet ſata, ſi oblivione relinquatur, non tamen ſumitur pro prætermiſſa. Quo ſenſu dicuntur hæc? Dum nondum inchoatum ſit. Sin inchoatum fuerit, utcunque ſit inſtar oleæ Netophathææ ſuo tempore, oblivione relicta ſumitur pro prætermiſſa. Quamdiu quicquam [2] ei reſtat ſubter oleam, reſtat & in ſummitate. R. Meir ait; [3] ex quo receſſerit virga decuſſoria.

3. Quodnam eſt acinilegium? [4] quicquid defluit tempore vindemiæ. Si vindemiator uvam decerpat, atque illa frondibus implexa è manu ejus decidens in terram diſcerpatur, ad proprietarium tamen pertinet. Qui caniſtrum viti ſupponit quo tempore vindemiam agit, deprædatur pauperes. De ea re dicitur, (Prov. XXII. 28. & XXIII. 10.) *Ne retroagas terminum* [5] *aſcendentium.*

4. Quid eſt [6] racemus? uva cuicunque deeſt [7] humerus & [8] ſtiria. Si habeat humerum, vel ſtiriam, proprietarii eſt: ſi dubium ſit, pauperum. Racemus in eodem palmite cum uva ſimul ſucciſus proprietarii eſt, alioquin pauperum. Acinum ſingularem R. Juda pro uva cenſet habendum. Sapientes pro racemo.

5. Qui vites diſrarat, quemadmodum diſrarat in parte ſua, ita etiam diſrarat in parte pauperum. Ita R. Juda. R. Meir; Jure quidem in ſua; ſed in parte pauperum non licet.

6. [1] Vi-

כפין. *Hiſanæus, vel Beſanæus non elevabit manum*: i. e. non pronunciabit benedictionem è ſuggeſtu. R. Salomo ibi exponit; *Sacerdos ex incolis Hiſa, vel ex incolis Beithſana.* Quin in ipſa Gemara ſtatim ſequitur אין מורידין לפני התיבה לא אנשי בירת ולא אנשי בורת חיפה *Non prodire jubent ante aream neque incolas Beithſanæ neque incolas Beith-hiſa.* Oppidum illud in regione Decapolitana. Sed Decapolitanæ olæ & Plinio etiam commendatæ. *Decapolis tota Syria præquam parva, nec cæparis majores carne, olto tamen commendatur.* Ita locum legit Dalechampius.

1 *Tres ordines duarum areolarum.*] Id eſt in medio trium ordinum, inter eos duæ areolæ, ad hunc modum; o o o o o o o o ubi literæ o o &c. in lineas diſpoſitæ ordines, deſignant arborum oleaginarum; ſparſa inter lineas, areolas; afteriſcus oleam ab olivante intactam. Hæc pro prætermiſſa non habetur, quia reliquis arboribus ita undique cingitur, ut diligentiam olivitoris facile fugiat. Vide ſupra V. 7.

2 *Ei.*] Proprietario.

3 *Ex quo.*] Exinde nihil reſtat proprietario; ſed totum quod ſupereſt pauperibus cedit.

4 *Quicquid defluit.*] Intellige *acinorum ſingularium*, juxta ſupra dictum. VI. 5. Hinc pro נושר Chaldæi & Syrus habent נתיר, *defluvium.*

5 *Aſcendentium.*] Supra, V. 6.

6 *Racemus.*] Racemus & uva eodem modo differunt, quo ἐπφυὰς & σταφυλὴ, ut conſtat ex Gloſſis Cyrilli. Uvæ majores & craſſioribus acinis, racemi minores & tenuioribus; unde *Columbina racemoſiſſima* Plinio, ex Turnebi correctione, quia id genus vitis racemos, i. e. rariores uvas, plerumque parit. Colum. III. 18. *Ex quibus pampini pullulant vel ſterſes, vel certe minus feraces, quos raſtici vocant racemarios.* Recte ergo pro עוללין *racemum* pono, Vulgatum Latinum ſecutus, pro אשכול *uvam.* Siquidem Judæis iſta pari modo differunt. Hinc עולל verbum eſt *racemari*, i. e. racemos legere, τὰς ἐπφυάδας κολλᾶσθαι.

7 *Humerus.*] Ita vocant βοτρύδια in ſuperiori uvæ ſcapo confertim prominentia.

8 *Stiria.*] Ut conferti in inferiore ſcapi parte acini ſtiriæ ſpeciem præ ſe ferant.

1 *Vi-*

6. [1] Vineæ quadrimæ Sammæani cenſent non opus eſſe quintæ vel pollucturæ. Hillelæi opus eſſe arbitrantur. Sammæani cenſent de eadem haberi acinilegium & racemos, quæ pauperes ſibi [2] redimant. Hillelæi volunt [3] totam cedere in torcular.

7. Vinea quæ tota racemaria eſt, R. Eliezer ait, proprietarii cenſetur. R. Akiba pauperum eſſe vult. Inquit R. Eliezer; *Quum vineam tuam vindemiabis, non ſectabere racemos.* (Deut. XXIV. 21.) Si nulla ſit vindemia, undenam racematio? Ei R. Akiba: *Vineam tuam non racemabere.* (Lev. XIX. 10.) utcunque tota fuerit racemaria. Si ita, quare dicitur, *Quum vineam tuam vindemiabis, non ſectabere racemos?* Nimirum, ne pauperibus competat racematio ante vindemiam.

8. Si quis vineam conſecraverit antequam dignoſci poterint racemi, racemi non pertinent ad pauperes: poſtquam dignoſcerentur racemi, racemi [4] pauperum cenſentur. R. Joſes ait: Incrementi tamen mercedem Sacrario pendunt. Quodnam eſt prætermiſſum in vitium pergula? [5] quicquid nequit exporrecta manu decerpi. In [6] pedeſtribus autem, [7] ſimul ac à vite receſſerit vindemiator.

CAP. VIII.

1. A quo tempore [8] omnibus jus competit ad ſpicilegium? Ex quo abſceſſerint [9] ſpicilegi ſeriores. Ad acinilegium autem & racemos, quamprimum pauperes qui iverant in vineam redierint.

1 *Vineæ quadrimæ.*] Arbores à prima ſatione per triennium ערלים habentur. juxta legem Lev. XIX. 24. ἀκροβυστίαν ſi LXXII Interpretibus. Per illud tempus fructus, quos edunt, illiciti. Quarto demum anno Deo ſacri habentur, ut ſequitur v. 25. adeoque Hieroſolymis in ſanctitate comedendi. Hinc eſt, quod Hillelæi volunt fructus vineæ quadrimæ ſequi conditionem decimarum ſecundarum, ut in adæratione pretio ſuperaddatur pars quinta; & ut ſinguli tertio, & ſexto annis Heptaeteridis exeuntibus, i. e. pridie Paſchatis annorum quarti, & ſeptimi de domo penitus aboleantur. Vide Maaſ. the. V. ubi iterum occurrit hic paragraphus.

2 *Redimant.*] In uſum communem, ſepoſito pretio quod Hieroſolymas proſectis dapibus impendatur.

3 *Totam cedere.*] Proprietario, nulla inde parte pauperibus accedente. Quippe סכון גבוה *Dei peculium* illis cenſetur, ut pauperes nullam inde partem ſibi jure vindicent.

4 *Pauperum cenſentur.*] Quippe Regula juris eſt: אין אדם מקדיש דבר שאינו שלו, *Nemo conſecrare poteſt rem quæ ſua non eſt.*

5 *Quicquid nequit.*] Quicquid ita prætermitum ſit, ut nequeat &c.

6 *Pedeſtribus.*] *Stratis*, vel *proſtratis* Columellæ.

7 *Simulac à vite receſſerit vindemiator.*] Supple, *quicquid reſtat ſumitur pro prætermiſſo.*

8 *Omnibus.*] Divitibus ſimul & pauperibus, ut occupantis ſint.

9 *Spicilegi ſeriores.*] Ita fere exponunt vocem נמושות Judæi, iis rationibus adducti, quæ mihi minime ſatisfaciant. Maimonides: ונמושות הם שישוך שטאענין פי אצל לגתם ואסתעאורו הנא ללדין ילקטון בעד שלקאטין ורם שלואקט שלואני שבהומם בשישוך כנאהם ואנהם לא ינדון שא יסיר *Vox* נמושות *primario ſignificatu ſenes capulares denotat; hic autem metaphorice ponitur pro iis qui ſpicilegium agunt poſt alios ſpicilegos, ut ſint Spicilegi ſecundarii, ſenes ut comparati ob tardi atem, & quia parum reperiunt.* Reſpicit, ni fallor, & in unum compingit binas expoſitiones in Gemara allatas Taan. 6. b. מאי נמושות אמר רבי יוחנן סבי דאזלי אתיגרא ריש לקיש אמר לקוטי בתר לקוטי *Quinam ſunt* נמושות? *Rabbi Johannes dicit, Senes qui baculo innixi incedunt: Res Lakis dicit, Qui ſpicilegium agunt poſt*

rint. [1] Ad oleas, quum jam ceciderit [2] pluvia ſecunda. Inquit R. Juda; Annon autem nonnulli ſunt, qui oleas non ſtringunt, niſi demum poſt pluviam ſecundam? Verum tum demum, quum pauper, ſi exeat, non referat [3] quaterna aſſaria.

2. [4] Fide digni habentur de ſpicilegio, prætermiſſo, & angulo ſuo tempore: & de decimis pauperum toto [5] anno ſuo. Levita habetur

alios ſpicilegos. Eadem habes Baba metz. 21. *b.* Benjamin Muſaphias vocem Græcam eſſe putat הנמשת, qua ſignificetur האוכל וחוזר האכילה לתוך פיו ואוכלה פעם אחר פעם *is qui cibum mandens denuo in os revocat, & ſecunda vice comedit*, i. e. κατὰ ἀναμάσσησιν: ut ita metaphorice tranſumatur ad ſenes denotandos, qui ſpicilegium poſt alios demum agunt. Vides ad quas nugas delapſi ſint Judæi recentiores dialecti Miſnicæ ignorantia. Simpliciter Pomarius; נמש בקש כמו שיש בלקט. *Vox* נמש *ſignificat exquirere, ut faciunt in ſpicilegio.* Inde idem exponit נכושא *Racco.ltore, quel che va cercando.* נכושות autem plurale eſt maſculinum formæ דרוכות, לקוחות, רשושות, &c. quæ Grammaticis omiſſa. Cæterum Talmud Hieroſolymitanum notat alios hoc loco legere משושות.

1 *Ad oleas.*] Ad analecta olearum.

2 *Pluvia ſecunda.*] Vide quæ hac de re diſſerimus infra ad Nedar. VII. 5.

3 *Quaterna aſſaria.*] Analecta quæ tantum valeant.

4 *Fide digni habentur.*] Pauperes: ut ſi meſſis tempore fruges, quas habent, ſpicilegio, prætermiſſo, vel angulo acceptas ferant, à decimis immunes habeantur.

5 *Anno ſuo.*] Tertio, vel ſexto Heptaeteridis, quum decimæ pauperum in locum ſecundarum decimarum ſuccedunt. His enim annis ex conſtanti & perpetua Juriſperitorum Judæorum ſententia decimæ ſecundæ in decimas pauperum converſæ. Ita expreſſiſſimis verbis docent Maimonides Hal. Matt. ant. VI. 4. commentario ad Dem. IV. 3. Maſchir. II. 11. & alibi frequenter; & Moſes Cottienſis Præc. affir. 136. ut alios recentiores denſo agmine præteream. Præceſſerant autem in eadem ſententia libri juridici apud eos ſummæ autoritatis Siphre, & Peſicta zoterta, ad locum Deuteronomii XIV. 28. Gemara Babilonica Roſh. haſ. 12. *b.* Atq; eadem doctrina clare ſatis infinuatur in ipſa Miſna, Yada. IV. 3. Hallucinatur ergo graviſſime Joſephus Scaliger, qui in opuſculo de decimis Judæorum hac de re doctrinam complexus, decimas pauperum his annis in locum decimarum primarum ſucceſſiſſe ſcribit. Labantem Scaligerum male fulcit Sexinus ab Amama, author humi repens, & à Scaligeri ore pendens, frigidiſſimis ſuis argumentis in commentariolo de decimis Moſaicis. Non viderunt ita fieri, ut his annis tota fere Levitarum annona, pauperibus in conſortium admiſſis, intervertetur. Atque illud quidem ex vi illius Legis, quâ, ut ipſis placet, augmento rei Leviticæ proſpectum voluit Deus. Sed Scaligeri errorem jamdudum detexit Seldenus noſter. Interim nolim ego litem determinare, rectene Judæorum Juriſconſulti doceant decimas ſecundas his annis in decimas pauperum converti; an rectius illi ſentiant, qui decimas pauperum alias ſuper decimas ſecundas ſtatuunt. Ita verbis perſpicuis, ut nonnullis videtur, Joſephus Archæol. IV. 8. Ita etiam Græcus Tobias I. 7. & ſi nonnullorum criticæ ſtandum ſit, LXXII Interpretes Deut. XXVI. 12. Denique Aben Ezra ad Deut. XIV. 28. זה מעשר שלישי ולא יוציא בשנה הזאת מעשר שני ויש אומרים כי יוציא שלשתם *Ha* (de quibus ibi loquitur textus,) *ſunt decima tertiæ: hoc autem anno nullas deſumet decimas ſecundas; quanquam ſint qui aſſerant univerſas tres tunc deſumi debere.* Tamen ut receptam Iſtorum Judæorum ſententiam aliquantiſper defendam, dico. Primo pro illis facere videtur textus Deut. XXVI. 12. *Cum jam plane decimaveris univerſas decimas proventus anno tertio, anno decimarum; dabis Levitæ, proſelyto, pupillo & viduæ, ut comedant in portis tuis, & ſaturentur.* Ubi univerſa decimatio anni tertii diſtribui videtur inter Levitarum decimas, ſive decimas primas, & alteras proſelyto, pupillo, & viduæ donandas, ſive decimas pauperum. Secundo verſio LXXII Interpretum juxta receptam verborum conſtructionem hoc loco ſententiam iſtam adeo non convellit, ut forſan potius adſtruat. ἐὰν δὲ συντελέσῃς ἀποδεκατοῦσαι πᾶν τὸ ἐπιδέκατον τῶν γενημάτων σου τῷ γῷ σου τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ, τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον δώσεις τῷ Λευίτῃ καὶ τῷ προσηλύτῳ &c. Ubi τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον proſelyto, pupillo, & viduæ datum: i. e. decimæ ſecundæ hoc anno in pauperes erogatæ. Commentum Montacutii, quod etiam ſequi video virum doctiſſimum & de Eccleſia optime meritum, Thomam Comberum, quo vim hujus loci evadant, vereor ne acutum magis ſit, quam ſolidum. Volunt ἐπιδέκατον ex vi vocis ſignificare non ſimpliciter *decimas*, ſed *decimas ſuperadditas*, vel *addititias*, ut ita contra opponatur τῇ δευτέρᾳ, adeoque cum ἐπιδέκατον ſignificet *decimas decimis ſuperadditas*, τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον ſignificet *alteras decimas addititias*. Sed præterquam quod nullum proferant exemplum, quo hunc vocis uſum adſtruant; præterquam etiam quod apud Xenophontem & Ariſtotelem pro *decimis* ſimpliciter occurrat; & quod Suidas notat ἐπιδέκατον pro δέκατον poni, ut ἐπίπλουν

πῖος pro πίων πῖος. Præter hæc, inquam, videntur non ſatis attendiſſe ad uſum hujus vocabuli apud ipſos LXXII Interpretes. Certe illis adeo ignota erat hæc ſubtilitas, ut indiſcretim vocem ponant pro quibuſvis decimis. Locum unum e multis apponam, Num. XVIII. 26. ἐὰν λάβητε παρὰ τῶν υἱῶν Ισραὴλ τὸ ἐπιδέκατον, ὃ δέδωκα ὑμῖν παρ' αὐτῶν ἐν κλήρῳ, καὶ ἀφελεῖτε ὑμεῖς ἀπ' αὐτοῦ ἀφαίρεμα κυρίῳ ἐπιδέκατον ἀπὸ τοῦ ἐπιδεκάτου. Vides ἐπιδέκατον hic ab iis uſurpari plane pro decimis primis, deinde etiam pro decimarum decimis abſque omni prorſus diſcrimine. Tertio denique nec ipſe Tobiæ locus adeouſque forſan Judæorum Ictis, & eos ſecuto Seldeno adverſatur, ut nonnullis viſum. Locus ille ſic habet, τὰ μὲν πρῶτα δεκάτα ἐδίδουν πρὸς υἱοὺς Λευὶ τοὺς λειτουργοῦντας εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰ δεύτερα δεκάτα ἀπεπαλιζόμην, καὶ ἐπορευόμην καὶ ἐδαπάνων αὐτὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατ' ἔτος ἐνιαυτὸν, καὶ τὰ τρίτα ἐδίδουν οἷς καθήκει. Fateor ita legi hunc locum in omnibus codicibus: ita etiam legiſſe Interpretes Syrum & Armenum, atque etiam authores παραπεπηγότων, quæ ſub nomine Tobiæ Hebræi typis vulgarunt Fagius & Munſterus. Sed cum Hieronymus ex fonte Chaldæo, unde, interprete utriuſque linguæ gnaro Hebraice dictante, Latinum ſuum Tobiam expreſſit, ut ipſe author eſt in præfatione ad Heliodorum & Chromatium, poſteriorem verſiculi partem ſic nobis mutata perſona (ut per totum librum ſolet) repræſentet: *ita ut in tertio anno proſelytis & advenis miniſtraret omnem decimationem*; dubitare vix poſſum, quin alterutrum horum acciderit; vel ut ſcribarum incuria in codicibus perperam habeatur καὶ τὰ τρίτα ἐδίδουν, pro καὶ τὰ τρίτα δὲ ἐδίδουν; vel ut ipſe interpres Græcus textum Chaldæum non ſatis intellexerit, quod facile fieri potuit ſi ita ſcriptum eſſet Chaldaice, בהרא וחרא שתא ורתליתאה יהבית, *ſingulis annis; tertii autem dedi* &c. quod promte in alteram ſententiam, quam hodierni exhibent codices, verteret interpres non peritiſſimus. Sive autem ſic in Græcis codicibus reponas, ſive æquipollens lectio olim haberetur in fonte Chaldæo, Tobiæ verba ita reſtituta Judæorum doctrinam planiſſime explicabunt. *Secundas autem*, inquit, *decimas adoravi, & proſectus Hieroſolymas expendi quotannis; tertio autem quarto anno dedi quibus competebant.* Reſtat adeo unica Joſephi authoritas, quæ alicujus quidem momenti ſit. Ille autem videtur nullum ſubterfugii locum relinquere, dum expreſſe vocat τρίτην πρὸς αὐτὰς κατὰ τὸ τέταρτον, τρίτας *ſuper alias binas tertio quoque anno.* Et tamen expendi forſan meretur, annon & ille ideo tantum vocet τρίτην, quia hæ decimæ à natura & conditione ſecundarum plane alienæ, utcunque in earum locum ſuccedant. Certe eodem modo ſupra loquentem audivimus Aben Ezram, dum tamen agnoſcit decimis ſecundis nullum eſſe locum anno tertio ex communiore ſententia. Atque hæc quidem hactenus, ut quæ mihi ſuccurrunt de nobili in Jure Judaico quæſtione viris doctis & harum rerum peritis proponam. Abſit, ut lites jam ninia olim contentione agitatas, cupiam redintegrare. Etenim certus ſum hæc, qualiacunque ſint, quæſtionem de Jure Divino Decimarum Evangelicarum nullo modo tangere poſſe. Neque enim decimæ ſecundæ apud Judæos ullo alio modo ad τὸν ἐν κλήρῳ jure pertinebant, quam ut ipſi proprietarii eſſe poterint, ut ex infinitis Miſnæ locis abunde patet. Quæ una res, ſi recte capiatur, fundamentum litis inter Seldenum & Montacutium acerrime controverſæ plane tollit. Deinde, ut jam dixi me non eo fine hæc ſcripſiſſe ut maximorum virorum litibus me temere arbitrum interponerem, ſed ideo duntaxat ut docerem quid pro altera ſententia probabiliter dici poſſit, ita ne lectori fraudem faciam, & illud fateri debeo, me rationibus ſupra adductis adeo non penitus fidem adhibere, ut & de nonnullis contra plane ſentiam. Et ſpeciatim de loco iſto LXXII Interpretum longe aliter ſentio, quam vel ipſe ſupra expoſui, vel quiſquam alius, quod ego quidem ſciam, adhuc enſerit. In iſtis enim τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον, mea ſententia τὸ δεύτερον non adjective ſumitur, ſed adverbialiter; ut ſic vertendus ſit locus: *Cum autem penitus decimaveris omnes decimas proventus terræ tuæ anno tertio, ſecunda vice, (vel iterato) decimam partem dabis*, vel *alias decimas dabis Levitæ, proſelyto* &c. Ita enim ſumſiſſe videntur vocem שנרה in textu Hebræo non pro nomine, ſed pro ſecunda perſona præteriti verbi שנר, *ſecunda vice*, vel *iterato facere*, ut ſic illis ſonarent verba Hebræa, שנה תמעשר ונרתת *iterum decimabis, & dabis*: quanquam (ut verum fatear) verbum שנרה hoc ſenſu alibi conſtructum veniat cum ב. Atque ita agnoſcere videntur LXXII Interpretes anno tertio decimas ſupra πᾶν τὸ ἐπιτίνγετον anni communis, vel ut cum Joſepho loquar, πρὸς αὐτὰς τὰς δοτὰς. Unum adhuc noto, Chaldæum Paraphraſtem Pſeudo-Jonathanem tres etiam decimas agnoſcere anni cujuſq; tertii; ſed is decimas pauperum hoc anno ſecundas facit, commento plane ſuo, inſerens inter decimas primas, & decimas ἐφαρίζας, vulgo ſecundas. Sic enim ille Deut. XXVI. 12. παραφράζει. *Cum finem feceris decimandi omnes decimas proventus anno tertio à remiſſione*, ותיתון מעשרא קמאה לליואי מעשרא תנייא הוא מעשר מסכניא לגיורא ליתמא ולארמלתא ויכלון בקרויך וישבעון ומעשר הליתאי תיכ ותיכול קדם יי אלהך *dabis decimas primas Levitæ, decimas ſecundas, quas eadem decima pauperum, proſelyto, pupillo, & viduæ, ut comedentes in oppidis veſtris ſaturentur; & decimas tertias deportatis, & comedes coram Domino Deo tuo.* Locus in Bibliis Londinenſibus male divulſus, nec bene verſus. Sed de hiſce ſatis; vereor ne & nimis dixiſſe videar.

betur fide dignus omni tempore. Nulli fide digni habentur nisi de re, in qua ita assuescere solent homines.

3. Fide digni habentur de tritico: non autem habentur fide digni [1] de farina, vel de pane. Fide digni habentur de [2] farre oryzaceo: non autem habentur fide digni de ipsa oryza, neque cruda, neque cocta. Fide digni habentur de fabis: sed non habentur fide digni de fresis, neque crudis, neque coctis. Fide digni habentur de oleo, si dicant de decimis pauperum esse: non vero habentur fide digni, si dicant esse de oleis [3] decussivis.

4. Fide digni habentur de olere crudo: sed non habentur fide digni de cocto; nisi si quis forsan perparum habeat; quia ita solet paterfamilias [4] de olla detrahere.

5. Non minus erogant in [5] pauperes de area quam semicabum tritici; cabum hordei; (R. Meir ait, semicabum;) farris adorei sesquicabum; caricarum cabum; palathæ minam; (R. Akiba, selibram;) vini semilogum (R. Akiba, quartarium;) olei quartarium; (R. Akiba, octantem;) reliquarum omne genus frugum, inquit Abba Saul, quanto vænum dato comparari potest cibus duarum refectionum.

6. Mensura ista præscribitur Sacerdotibus, Levitis, & [6] Laicis. Qui partem [7] eripere velit, dimidium sibi sumit, alterum erogat. Si ita [8] minus restat, coram deponit, ut [9] ipsi inter se dividant.

7. Non minus erogant in pauperem itinerantem quam panem [10] dupondii, cum quatuor sata tetradrachmo væniunt. Si noctem ibi agat, pernoctationi necessaria illi suppeditant. Si sabbathum, cibum

1 *De farina.*] Quia non solent homines in farina, vel in pane angulum, prætermissum, vel spicilegium solvere. Et sic de cæteris.

2 *Farre oryzaceo.*] שעורה של אורז Maimonidi est כנבלה יאורז *spica*, vel *juba oryzæ*; sed non probo. Melius meo judicio R. Samson, & eum secutus Bertinorius, intelligunt oryzam nondum deglubitam, ut quæ statim sequitur *oryza ipsa* de deglubita intelligatur.

3 *Decussivis.*] *Decussiva olea* sive זיתי ניקוף opponuntur זיתי מסק *oleis strictivis*, Challa III. 9. Hæ stringuntur in usum Patrisfamilias; illæ pauperibus decutiendæ relinquuntur. Ita paucæ autem relinqui solent, ut nemo ex illis oleum exprimeret.

4 *De olla.*] Paterfamilias decimas olerum separare oblitus, nonnunquam coctas ex olla desumit. Pro olla in textu est לפס, pro quo alibi אלפס, alibi לבס; nec facile dixerim an Græcum λεβὴς, an vero λοπὰς hac voce exprimere voluerint. Forsan לבס est λεβὴς, reliqua duo λοπὰς.

5 *Pauperes de area.*] Singulos cum in aream petitum veniunt. Sin domi quis eroget nulla illi præscribitur mensura.

6 *Laicis.*] Ita significat ישראל in Misna, cum opponitur Sacerdotibus & Levitis.

7 *Eripere.*] Reservare ut pauperibus cognatis distribuat. Qui ita velit, dimidium in istum finem sibi sumit, reliquum distribuit pauperibus, qui petitum veniunt.

8 *Minus.*] Quam ut pro mensura distribuat.

9 *Ipsi.*] Pauperes.

10 *Dupondii.*] Cur sic verterim פונדיון reddenda ratio est. Vox פונדיון dubio procul à Latinis vel Græcis mutuata; quibus tamen nullum est *pondium* vel πονδὰς; sed *dupondium* δυπόνδιον. Deinde dupondii ad assem Romanis, & δυπόντιος ad ἀσσάριον Græculis proportio dupla. Varro; *Cum as sit simplex, dupondius dictus, quod duo asses pendebat.* Cleopatra; δυπόντιον δὲ ὁμοίως ἄγει ὁραχμὰς δ' ποσὶ παύλῳ ἀσσάριον ὁραχμὰς β. Pariter Judæis פונדיון ad איסר proportio dupla. Excidit in voce peregrina prima syllaba, ut in aliis nonnullis. De hoc numo, uti etiam de tetradrachmo & reliquis commodius & fusius infra ad Maaser Sheni II.

1 *Lance.*]

cibum trium refectionum. Cui cibus ſuppetit in duas refectiones, is nihil ſumat de [1] Lance; cui ſuppetit in quaternas denas, is nihil accipiat de [2] Sporta. Sporta colligitur à [3] duumviris; à [4] triumviris diſtribuitur.

8. Cui drachmæ ſuppetant ducentæ, is ne capiat ſpicilegium, prætermiſſum, angulum, vel decimas pauperum. Si ducentas habeat [5] minus denario etiamſi mille illi ſimul contribuerint, accipere poteſt. Si pignori datæ fuerint creditori, vel pro uxoris dote, accipere poteſt. Non obligandus eſt domum divendere, vel ſupellectilem.

9. Cui ſuppetunt drachmæ quinquagenæ quibus negotiatur, is ne accipiat. Quicunque citra indigentiam accipit, non [6] migrat è mundo donec hominum ope indigeat. Et quicunque indiget, nec tamen accipit, non [7] moritur ſenio confectus donec alios de ſuo alat. De iſto loquitur ſcriptura (Jer. XVII. 7.) *Benedictus ille vir, qui Domino fidit, & cujus fiducia eſt Dominus.* [[8] Atque ita Judex qui juxta veritatem jus dicit. Quicunque non eſt [9] membro captus nec cæcus nec claudus, & tamen ſimulat eorum aliquem, non moritur ſenio confectus donec alicujus eorum inſtar fiat. Dicitur enim (Prov. XI. 27.) *Qui quærit malum, ei eveniet.* Dicitur etiam (Deut. XVI. 20.) *Juſtitiam, juſtitiam ſectare.* Quicunque Judex munus accipit ut jus pervertat, non moritur ſenio confectus donec oculi caligent. Dicitur enim (Deut. XVI. 19.) [10] *Munus ne accipito, quia munus excæcat oculos ſapientum.*]

1 *Lance.*] תמחוי *lanx eſcaria.* Hic autem iſtam lancem intelligunt, quam גבאי תמחוי *Collectores eleemoſynæ Lancis* quotidie circumferebant ad privatorum ædes, ut in ea colligerent cibi analecta veſperi inter pauperes dividenda.

2 *Sporta.*] קופה *Sporta*, quam גבאי קופה *Collectores ſportæ* circumferebant pridie ſabbathi ſingulis ſeptimanis ad ſtipem colligendam, quam deinde inter pauperes concives diſtribuerent.

3 *Duumviris.*] Stips ſportæ contribuenda certa & definita erat, quam ſi quis nollet conferre, Collectores ſportæ poterant ædes ingreſſi ſupellectilem pignori capere. Hinc eſt quod Duumviri eſſe debeant juxta Regulam juris אין שוטין שיררה על הצבור פחות משנים *Magiſtratus publicus non conſtituendus eſt paucorum quam duumvirorum.*

4 *Triumviris.*] Quippe cauſa pecuniaria eſt. Sed דיני ממונות בשלשה *Cauſæ pecuniariæ à triumviris dercriminantur.* Synh. I. 1.

5 *Minus denario.*] Id eſt, centum nonaginta novem, nam דינר *drachma*, & דינר *denarius* idem, ut infra docemus.

6 *Migrat è mundo.*] Al. *moritur ſenio confectus.* Ita MS.

7 *Moritur ſenio.*] MS *migrat è mundo.*

8 *Atque ita Judex &c.*] Hæc & quæ ad finem uſque ſequuntur abſunt à MS. Sunt & in illis codicum diſcrepantiæ, quas parum noſtra refert ſcrupuloſe adnotare.

9 *Membro captus.*] Vox חגר, quam hic transfero *membro captus* in Paraphraſtis Chaldæis ſemper fere reſpondet Hebrææ פסח *claudus*, quæ hic tertio loco venit. Atque iſta homonymia non nemjnem offendiſſe videtur, qui in codice quodam meo legendum notavit חגר *cæcus*. Sed illud idem cum ſecundo סומא Videtur חגר latius patere quam פסח. Nimietatem alicujus membri, quæ uſum impediat, forſan denotat. Inde pro כבד פה וכבד לשון *Gravis*, vel *impeditus ore & lingua*, Exod. IV. 10. Chaldæus Pſeudo-Uzzielides (vel ut ſæpe eum vocat R. Nathan, Hieroſolymitanus) habet חגר פום וחגר מסלל *τραυλὸς τὸ στόμα, καὶ κωφὸς τῇ γλώσσῃ.* Idem R. Nathan ex Paraphraſi quadam Chaldæa pro ערל שפתים *incircumciſas labiis* Exod. VI. 12. affert iterum חגר מסלל *κωφὸς τῇ γλώσσῃ*, quod in hodiernis codicibus non ita legitur.

10 *Munus ne &c.*] Alii codices hic exprimunt Exod. XXIII. 9. ubi verba nonnihil variantur.

Tit. III. DEMAI.

SIVE

De Re Dubia.

Rem dubiam vocant fruges ab עם הארץ plebeiis *emtas. Plebeii enim ſuſpicioni obnoxii de frugibus non decimandis. Qua de cauſa cum miſere fluctuarent hominum animi, tempore tandem Johannis Pontificis Maximi factum eſt,* ut nemini opus foret ſciſcitari de re dubia, *ut expreſſe docet Miſna ad calcem Tituli Maaſer ſheni, atque iterum repetit Sota IX. 10. Ex hujus rei hiſtoria pendet cognitio rei dubiæ, & juris circa eam verſati, Johannis iſtius P M authoritate introducti, quod hoc Titulo declaratur. Siquidem ante hoc tempus plerique homines negligentiores facti circa decimas ſolvendas in cauſa fuerant, ut religioſiores, quos* אחר אחזרי, τὰς περὶ τὰ νόμιμα ἀκριβοῦντας *vocat Maimonides, ægre quicquam e foro compararent, niſi prius certiores facti, decimatum an non decimatum fuerit. Si dubium eſſet, abſtinerent prorſus, ne decimas ſuo damno ſolvere deberent: quippe religio erat frugibus uti, niſi primitiis decimiſque omnimodis, ipſis conſciis, prius rite deſumtis. Plerique autem minus ſeveri rem dubiam citra ullum ſcrupulum comparare & comedere frequenter ſolebant. Hinc magnum ortum ſcandalum. Johannes ille, ut utrique incommodo ſubveniret, ſtatuit omnes fruges a plebeiis emtas pro re dubia haberi; eam vero teneri ad decimarum decimas, & decimas ſecundas ſolvendas; non autem ad primitias majores, decimas primas, pauperumve. A primitiis majoribus immunem fore voluit, quia examinatum miſerat per totum Iſraelem, & cunctos repererat religione ductos de earum ſolutione ſedulo cavere, utpote cujus rei omiſſio peccatum traheret*

traheret cælitus infligenda morte luendum. A decimis primis, & pauperum, quia illis nulla inerat ſanctitas; adeo ut hic locum haberet notiſſima juris regula, המוציא מחבירו עליו הראיה Actori incumbit probatio; *ut ita Levitæ & pauperes vindicare nequirent, niſi probare prius poſſent decimas nondum ſolutas; quo caſu dubium ceßat. Decimarum decimas, quæ centeſima totius, ſolvi juſſit, non quaſi Sacerdotibus ad eas vindicandas utilis competeret actio civilis, magis quam Levitis & pauperibus de ſuis; nam & hic æque obſtaret eadem regula: ſed quia par hiſce ſanctitas cum majoribus primitiis, atque idem propter temeratas peccati & mortis* θανάτου *periculum; utcunque vulgo tunc temporis aliter viſum. Denique decimas ſecundas etiam ſeparari voluit, quia id nullo cum proprietarii damno conjunctum; hoc illi duntaxat incumbente, ut vel ipſas decimas, vel earum pretium Hieroſolymis expenderet. Vide Gemaram Hieroſolymitanam ad calcem Tituli Maaſer Sheni; utramque ad Sota IX. 10. Maimonidem Hal. Maaſ. IX. & in commentario ad Miſnam locis laudatis. De Johanne Pontifice vide quæ infra obſervamus ad Maaſer She. V. 15.*

CAP. I.

1. [1] PRO exemtis habentur in re dubia [2] olynthi, [3] connari, [4] ſorba, [5] ficus albæ, ſycomora, dactyli decidui, [6] vites ſerotinæ, capparis, & in Judæa rhus, & acetum, & coriandum. R. Juda dicit; omnes olynthi immunes habentur præter biferos;

1 *Pro exemtis.*] Fructus, qui hic enumerantur, ob vilitatem raro ſolent cuſtodiri, adeoque dubium eſt an cadant ſub regula de decimandis Maaſeroth I. 1. infra tradenda. Si etiam dubium ſit, decimati ſint necne, ſic duo concurrunt dubia. At regula juris eſt: רבי שמעון לי קר, *Ubicunque duo concurrunt dubia, exemtioni locus eſt.*

2 *Olynthi.*] Quidam R. Johannes in Gemara Babilonica Berac. 46. *b.* ubi hæc Miſna citatur שיתין habet pro ficuum ſpecie; nec explicat ulterius. Benjamin Muſaphias, ni obſtaret illius authoritas, ſe malle ait intelligere *fructum ejuſdem nominis Græcis & Latinis, cui terni vel quaterni nuclei, & qui quum primo carpitur ejus ineptus eſt, donec dies aliquot ſtramine operius miteſcat.* Tam rudi deſcriptione intelligit meſpila *ſetania.* Sed nihil eſt, quod ſententiam iſtam vel minime adſtruat præter nudam nomini ſimilitudinem. *Olynthos* poſui, quos Plinius ex Theophraſto *aprinos* interpretatur, alios à *groſſis.* Rabban Simeon ben Gamaliel apud R. Nathanem in בנות מהוצארת העלין עד הנטרת הפגין שבין sic. שלשים יום ומן הפגים ועד השיתין הנובלות חמשים יום ומן השיתין עד התאנים נ' יום. *Ab exortis foliis ad groſſos protruſos triginta dies; a groſſis ad olynthos deciduos quinquaginta; ab olynthis ad ficus quinquaginta.* R. Simeoni Abbæi, vel Ammæi filio in Talmude Hier. השיתין אלו שהן יוצאות תחת העלין, *ficus*

qua

biferos; ombes connari præter [1] Sycaminenſes; omnia ſycomora præter [2] fiſſa.

2. [3] Rei dubiæ nec [4] quinta eſt, nec [5] polluctura. A lugente comeditur. Hieroſolymas ingreſſa [6] denuo effertur. Exigua ejus portio in itinere abſumitur. [7] Plebeio datur, ita ut tantundem ejus vice [8] comedatur. [9] Profanatur mutando argentum argento, æs ære, argentum ære, æs frugibus. [10] Quin denuo adærantur fruges ex ſententia

ejus prudenti ſub ſolis, i. e. olyuthi. Athenæus ex Theophraſto ἐστι γὰρ ἄλλο μόρον συκῆς ἐν τῇ Ἐλλάδι, ἡ καλεῖ Κιλικιακὴ, ἡ Κύπρον ὀλυνθοφόρον. ὁ τὸ ὦν συκῆν ἐκκόπτων φησὶ τὸν φύλακα, τὸν δὲ ὀλυνθον ἐξαιρεῖν. III. 4.

3 *Connari.*] Gemara ibidem ריסין exponit כנרי. Ita editi libri; ſed R. Nathan indecirat כנרי, i. e. נגר. Huic authoritati accedit, quod Agathocles Cyzicenus apud Athenæum XIV. 17. ita connaros deſcribat, ut zizypha non parum referant. Jam vero dicitur Chil. I. 4. הריסון זיזיפין *zizyphi*, & ריסון *connari*, *utcunque ſimillima ſint, ſunt tamen diverſi generis inter ſe.* Huc etiam facit, quod Maimonides ריסין Arabicos אבנב eſſe vult. Sunt autem النبق fructus arboris سدر, quæ loti ſpecies; non illa Homeri & Lotophagorum, ſed Cyrenaica Theophraſti. Ejus fructus Polybio deſcribitur τὰ μὲν χρώματα φοινικᾶ, τὴν δὲ μεγέθει πάσης ὑπερβάλλοντας ἐλαίας παραπλησίους. Qui ſi non ipſus ſit Agathoclis connari fructus, ſaltem parum diſſidet. De connaro ſic ille; γλυκὺς δὲ πάνυ ὁ καρπὸς, μεγέθος καὶ φοινίκων ἐλάττων. Hinc denique R. Nathan vernacule exponit פולצראקי, i. e. Italiæ vulgo *Pulſaraca*; quod ex *Puls Syriaca*, (quod ipſum ſatis barbare pro *faba Syriaca*) deſcriptum. Faba Syriaca eadem Loti ſpecies.

4 *Sexta.*] Gemara טוליש, pro quo R. Samſon legit עולשין *urtica*, perperam. Illud Gaonum nonnemo Arabice exponit جنارى, vel جنارى, & pro fructu quodam habet rubro. Arabibus ut mihi videtur factum eſt ex Græco πλάτανος. Perſis quidem platanus eſt, arbor infrugifera. Sed Abu-Hanifæ eadem quæ Arabibus دلب, quæ non modo platanus, ut vulgo intelligunt; ſed & arbor quædam baccifera, quam ita ex Iſaaco Amrani filio deſcribunt Beitharides & Ebn-Al-Cabatius, ut habeam pro ſorbo, torminali Plinii, platani foliis. Attamen Maimonides עורר pro meſpilo habet. Nempe Arabibus الزعرور eſt meſpilus aronia Dioſcoridis. Quicquid ſit, ſemper fere conjunctum venit cum קרוסטומלין, & פרישים, *pyris, cruſtuminis, & malis cydoniis* ut videre eſt Chil. I. 4. Maaſ. I. 3. Oketz. I. 6.

5 *Ficus alba.*] Vide infra Shebi. V. 1.

6 *Vites ſero ſatæ.*] Ita Gemara loco ſupra laudato, שילהי גופני. Maimonidi נוקדן eſt *olus aneibo ſimile*; vel juxta alios אסבסתאן *prunus ſebeſtena*, ſive *myxus*; quæ quantum diſtant, nemo non videt. Quod Maimonides pro olere habeat, ſecutus videtur authoritatem Talmudis Hieroſolymitani, ubi exponitur שמירה, i. e. σμύρνιον.

---

1 *Sycaminenſes.*] שקמונה nomen loci, *Sycaminum.*

2 *Fiſſa.*] R. Nathan, & ex eo RR. Samſon, & Obadias; *Quæ eatenus in arbore conjunctur, ut ſpuma bibant.* Videndum tamen annon aliquid aliud hic ſubſit. Nota res eſt ex Theophraſto, Dioſcoride, Athenæo, Plinio, ſycomora ægre miteſcere, niſi ferro ſcalpta lacteum humorem, qui nimius ſemper ſuccedens maturitatem prohibet, prius emittant. Hoc ſenſu סרטפורה hic accipio, ut ſonet *ſcalpta*, vel *ſcalpendo fiſſa*. Senſus loci in hoc vertitur, ut ii fructus qui non ſolent cuſtodiri, pro exemtis habeantur. Sed qui ita ſcalpſerit, ſatis monſtrat ſe horum fructuum cura teneri. De groſſorum ſcalptura aperte loquitur Miſna Shebi. II. 5

3 *Rei dubia.*] Decimæ ſecundæ rei dubiæ his rebus à veris decimis ſecundis differunt.

4 *Quinta.*] A proprietario in adæratione ſuperaddenda.

5 *Polluctura.*] Exeunte quolibet anno tertio. Vide Maaſer ſheni V. 6.

6 *Denuo effertur.*] Prius adærata. Sed veræ decimæ ſecundæ Hieroſolymas ſemel ingreſſæ deinceps nulla adæratione ita profanantur, ut efferri queant, ipſis ſpeciebus ibi abſumendæ. Vide Maaſer ſh. III. 5, 6.

7 *Plebeio datur.*] Quod in veris decimis ſecundis illicitum, ne forte immundus comedat.

8 *Comedatur.*] A proprietario eadem ſanctitate, & iiſdem conditionibus, quibus comedendæ decimæ ſecundæ.

9 *Profanatur.*] Ut argentum his decimis mutatum, denuo alio argento mutetur, & ſic de reliquis.

10 *Quin denuo.*] Codices habent ובלבר שיחור, & ita MS; ut ſic vertendum ſit; *Ita tamen ut denuo adærentur.* Quæ lectio Bertinorio diſplicet, recte meo judicio. R. Meir permittit ulterio-

tentia R. Meiri. Sapientes cenſent, fruges Hieroſolymas convehendas, & ibi comedendas.

3. Si quis emat ut ſerat, vel pro pecorum pabulo, farinam pellibus, oleum lucernæ, oleum vaſis perungendis, illud extra ſortem cenſetur rei dubiæ. Quicquid [1] ultra Ecdippam, exors habetur rei dubiæ. [2] Secium plebeii, [3] res primitiis infecta, res nummis decimarum ſecundarum comparata, [4] ferторum reliquiæ, extra ſortem rei du-

ulteriorem adærationem; non jubet. Sapientes ne permittunt quidem. Legit ergo ויהוך.

1 *Ultra Ecdippam exors.* MS. *citra Ecdippam obnoxium.* Diſtinguunt ſæpius Judæi inter *Terram Iſraelis* שהחזיקו בה עולי מצרים, *quam occuparunt Judæi ex Ægypto profecti*; & שהחזיקו בה עולי בבל *eam quam in diſcessu receperunt a captivitate Babylonia reducis.* Ecdippa extremus limes ſeptentrionalis ditionis populi è Babylonia reducis.

2 *Secium.*] Ita ex Feſto interpretor חלה. Eſt autem portiuncula ex ſubacta maſſa reſecta Sacerdoti danda juxta legem, Num. XV. 19, 20, 21.

3 *Res primitiis infecta.*] A דמע fit מדומע, עד דמע *infectum*, vel *permiſtum*. Vox autem דמע ſenſu à vulgatiſſimo apud Rabbinos, quo *lacrymam* denotat, valde remoto, occurrit Exod. XXII. 29. R. Salomo ad ocum exponit תרומה, *primitias*; addens, veram vocis notationem ſibi incognitam. Certe ipſa vox דמע in Miſna pro תרומה *primitiis* ponitur Ohol. XVI. 4. præter infinita loca, ubi verbum ab ea factitium דמע *primitiis inficere*. Quod autem R. Salomo ignorantiam ſuam fatetur quod ad veram vocis notationem, prudentior longe aliis ſuæ gentis eſt, qui Hebrææ linguæ amplitudinem miſeris iſtis reliquiis quæ hodie illis reſtant inepte metiuntur. Ineptiunt ergo Saadias, Kimchius, & quicunque eos ſecuti vocem ad oleum & vinum reſtringunt, quæ de torculari, ſi Dis placeat, guttatim lacrymarum ritu manant. Nec uſpiam quidem דמע in Scriptura lacrymam denotat, ſed דמעה. Quia autem Judæos latet, quid ſit דמע, ipſe eos id docebo. Significat autem *medullam, optimam & præſtantiſſimam partem* cujuſque rei, *primogenitum optimum*. Fidem faciat Interpres Chaldæo-Samaritanus, qui ſæpe hanc vocem hoc ſenſu ponit. Ita Gen. XLV. 18. ואכלו את חלב הארץ. Chaldæo-Samar. אכלון ית טבא דארעא. & *comedite medullam terræ*. Eadem voce utitur Num. XVIII. 12. ubi pro Hebræo חלב תירוש habet טבא דחמרא. Interpres Latinus perquam inepte *liquorem aridi*; Judæorum Lexica ſecutus cum ſenſus diſpendio. Verto *medullam, vel præſtantiſſimam partem* i. e. primitias *muſti*. Pariter eadem vox reſpondet Hebræo חלב, v. 29, 32. ejuſdem capitis, ubi textus agit de decimarum primitiis; ubi iterum Latinus Interpres eadem oberrat chorda. Demum ubi textus Judæorum ſic habet כי חלק יהוה עמו יעקב חבל נחלתו *Nam portio Domini populus ejus; Jacob funiculus hæreditatis ejus.* Deut. XXXII. 9. Textus Samaritanorum addit in fine vocem ברכתא; ut legatur & diſtinguatur, quomodo LXXII legebant & diſtinguebant, Και ἐγένετο μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, χοινισμὰ κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Interpres Chaldæo-Samaritanus & hic legiſſe videtur non חבא ſed חבה vertit enim, חבה דעלמא; *medulla* vel *præſtantiſſima pars ſortis ejus Iſrael.* Denique accedit idem ejuſdem vocabuli uſus in Liturgia Samaritanorum, חבה דעלמא דאתפקד; quod interpres Arabs reddit خاص المخلوقات, *optima* vel *præſtantiſſima pars rerum creatarum.* His adde Arabicum مخ præter *cerebrum, medullam* denotare, Hebr. IV. 12. apud Interpretem Erpenianum. Quid ergo ſit דמע ſatis aperui, & primus. Jam מדומע illud eſt, quod permiſcetur inficiturque עד דמע, ſive primitiis, ita ut aliis quam Sacerdotibus totum eſyi illicitum fiat. Ut autem res ita pro infecta habeatur, neceſſum eſt, ut particula inficiens, דמדמע dicta, ſit rei inficiendæ centeſima ſaltem aliquanto major. Nam ſi pars una primitiarum centum partibus rei rite profanatæ immiſceatur, non inficitur totum, ut hallucinatus non leviter docet Buxtorfius; ſed emergit pars $\frac{1}{101}$ Sacerdoti reſtituenda, ut infra conſtabit Terum. IV. 7. Rem ita infectam vendere ſolebant Sacerdoti pretio juxta primitiarum valorem taxato, detracto partis inficientis pretio, juxta tradenda Terum. V. 1. Ob hanc cauſam, ſi inficiatur res dubia, jus de primitiis decimarum, & decimis ſecundis inde deſumendis ceſſat, quippe quæ tota jam Sacerdoti cedit.

4 *Ferторum reliquiæ.*] Ferta voco מנחות, i. e. oblationes frumentaceas omne genus. Reliquiæ eorum partes ſunt, quæ poſt pugillationem Sacerdoti reſtant.

dubiæ ſunt. Oleum odoratum Sammæani obnoxium cenſent, Hillelæi immune.

4. Re dubia ineuntur [1] commiſtiones & commercia. Pro ea benedicitur, & indicitur. Separari poteſt à [2] nudo, & [3] crepuſculo veſpertino. Equidem ſi quis decimas ſecundas ante primas præcerpſerit, hoc nihil eſt. Oleum quod textor digitis illinit, tenetur jure rei dubiæ: quo pectinator lanam inficit, extra ſortem rei dubiæ cenſetur.

CAP. II.

1. RES iſtæ decimantur dubiæ [4] omni loco: [5] Palatha, dactyli, ſiliquæ, oryza & cyminum. Oryza autem extranea quicunque utitur liber eſt.

2. [6] Qui in ſe ſuſcipit haberi fide dignus, decimat quicquid comedit, quicquid vendit, & quicquid comparat; nec hoſpitatur apud plebeium.

1 *Commiſtiones & commercia.*] Commiſtiones limitum, quo ultimus limes itineris Sabbathici ultra bis mille cubitos verſus aliquam plagam protendatur: & atriorum, quo omnia domicilia in idem atrium aperta, & ipſum atrium pro una veluti domo habeantur, ut incolis liceat Sabbatho quidlibet è domiciliis in atrium, ex atrio in domicilia, ex altero domicilio in alterum portare. Commercia platearum & angiportuum; quo eatenus extendatur eadem licentia. De his infra agitur toto Ordinis II. Titulo II.

2 *Nudo.*] Quippe citra benedictionem ſeparantur decimarum decimæ, & decimæ ſecundæ rei dubiæ. Ideo nudo licet id peragere. Sed benedictionem recitare non licet nudo.

3 *Crepuſculo veſpertino.*] Ad verbum *inter ſoles*. Ubicunque in textu ſacro legitur בין הערבים, Chaldæus Oncelus ponit בין שמשיא, Pſeudo-Uzielides ביני, vel בין שמשתא. Hæc eſt Miſnæ phraſis noſtra בין השמשות. Et tamen, ſi quis conferat hunc locum cum Peſac. V. 3. videbit בין הערבים aliud tempus deſignare, quam noſtrum hoc ביי השמשות, & ad univerſum tempus pomeridianum rectè extendi. Sed de hac re ibi fuſius. Interim quid ſit בין השמשות ſic nobis aperit vetus Baraita, ſive Traditio Extravagans, ὁ ἴδιον καιρὸν διάστημα, ſtatim ab initio Talmudis Hieroſolymitani citata. תני כל זמן שפני מזרח מאדימין זהו יום: הכסיפו זהו בין השמשות: השחירו נעשה העליון שורה לתחתון והו לילה *Traditur. Quamdiu facies orientis rubet, adhuc dies eſt: cum ſubobſcura fit, hoc tempus dicitur* inter ſoles: *quam primum nigreſcit, & aqualiter quidem in ſumma & ima hemiſphærii parte, tunc nox eſt.* Eadem Baraita affertur etiam in Talmude Babylonico Shab. 34. *b.* ſed minus ſincera; quod etiam Gemariſtis ſatis amplam diſputandi occaſionem præbet. Inde petat Lector, qui volet. Nobis ſatis eſt locum indicaſſe. Cæterum in utroque Talmude idem tempus ab aliis aliter & aliter definitur, dum R. Nehemias itinere dimidii milliaris, R. Joſes nictu oculi metitur: alii etiam aliter. Maimonides Hal Shab. V. 4. totum illud tempus ab occaſu ſolis dum appareant tres ſtellæ mediæ magnitudinis *inter ſoles* appellari aſſerit.

4 *Omni loco.*] Etiam ultra Ecdippam.

5 *Palatha &c.*] Non quælibet; ſed iſta ſolum, quæ ob inſignem bonitatem terræ Iſraeliticæ originem debere agnoſcuntur.

6 *Qui in ſe ſuſcipit haberi fide dignus.*] Commentarii loco ſint verba Maimonidis Hal. Maaſ. X. *Qui in ſe ſuſcipit haberi fide dignus de decimis, ut ita fruges ejus non habeantur pro re dubia, neceſſe eſt ut decimet quicquid comedit, quicquid vendit, & quicquid mercatur, & ut non hoſpitetur apud plebeium. Atque has res neceſſe eſt ut in ſe obſervandas ſuſcipiat publice. Et ſi adducere poteſt duos homines fideles, qui teſtimonium præbeant, illum has conditiones in ſe ſuſcepiſſe publice, atque illis jugiter aſſueſcere, ita fide dignus habetur, ſi fruges ſuas decimatas eſſe aſſerat.* Fide dignis opponuntur החשודים *Suſpecti*, quorum frequens deinceps habetur mentio. Fallitur ergo Seldenus, qui נאמנים *Juratores* fuiſſe autumat à Synedrio inſtitutos, qui decimis ſolvendis authoritate publica præſſent, & proſpicerent. Ea ſententia Juri Miſnico per totum hunc Titulum plane repugnat. Nec probari ullo modo poteſt ex Neh. XIII. 1. tametſi videatur ille ejus loci authoritate ita ſenſiſſe.

1 *So-*

plebeium. R. Juda dicit, Quin ille qui hoſpitatur apud plebeium, fide dignus eſſe poteſt. Ei reſponſum eſt, In re ſua non eſt fide dignus; quomodo fide dignus eſſe poteſt in re aliena.

3. Qui in ſe ſuſcipit ſtatum [1] Socii, plebeio ne vendat nec humidum nec ſiccum; nec ab eo mercetur humidum: neque hoſpitetur apud plebeium, vel eum hoſpitio excipiat ſuis veſtimentis. R. Juda addit; Etiam nec alat parvum pecus; nec pronus eſto in vota & luſum; nec polluat ſe mortuorum cauſa: verum miniſtret in ſchola. Reſponſum tulit; Hæc non cadunt ſub regula.

4. Sapientes non obligaverunt piſtores ſeparare plus quam quantum opus eſt primitiis decimarum & ſecio. Tabernariis non licet rem dubiam vendere. [2] Quicunque accumulant menſuram magnam, illis licet rem dubiam vendere. Accumulantes autem menſuram magnam iſti ſunt, [3] ſitonæ, & frumenti venditores.

5. R.

1 *Socii.*] Maimonidi חבר idem eſt תלמיד חכמים *Sapientum Diſcipulus.* Sed hallucinatur graviſſime, aut ego plurimum fallor. Sapientum diſcipulus eſſe poteſt is, qui non in ſe ſuſcepit דברי חבירות *ritum ſocietatis*, ut planiſſime conſtat ex Baraita, ſive Sanctione Extravagante, quam legere eſt in Gemara Babylonica Becor. 30. *b.* תר׳ הבא לקבל דברי חבירות צריך לקבל בפני ג׳ חברים ואפילו תח׳ צריך לקבל בפני שלש חברים *Tradunt Magiſtri; Si quis in ſe ſuſcipere velit leges Societatis, neceſſe eſt ſuſcipiat coram Sociorum triumviratu: ipſe etiam Diſcipulus Sapientis neceſſe eſt ſuſcipiat coram Sociorum triumviratu.* Erant autem חברים, ut mihi videtur, hominum genus circa pollutionum minutias vulgo non parum ſcrupuloſius, qui & ſocietatem iniverant, & certis legibus ſemet obligaverant, quo & ſecurius inter ſe agerent, & pollutiones ex vulgi commercio vitarent. Leges vel conditiones, quas ſibi impoſuerant, hac Miſna enumerantur, quæ omnes ad munditiem ſpectant. Primo, *Ne plebeis vendant fruges humidas vel ſiccas*; ne ita in cauſa ſint ut polluantur. Secundo, *Ne humidas ab iiſdem acciptant*; ne forte pollutæ ſint, quia humectatione diſponi jam certum eſt ad pollutionem recipiendam. Tertio, *Ne apud plebeios hoſpitentur*; ne ita ipſi polluti res mundas polluant. Quarto, *Ne hoſpitio excipiant plebeios ſuis veſtimentis*; quia veſtimenta plebeiorum ipſis plebeiis magis polluta cenſentur, utpote מדרס, vel *preſſu* contaminata. Sunt & regulæ non paucæ de Sociis in hanc Societatem admittendis, de iiſdem inſtruendis, & ob violatas leges rejiciendis, cum iſtiuſmodi rebus aliis, quas, qui voler, petat ex Gemara loco prædicto, & ex Toſaphta hujus capitis. An vero Socii hi iidem ſint Phariſæi, ut omnes Phariſæi leges hujus Societatis in ſe ſuſceperint, non facile dixerim. Certe qui perpenderit ea omnia, quæ de Phariſæorum anxia ſolicitudine in pollutionibus evitandis leguntur in Evangeliis Matt. XV. Mar. VII. &c. hoc veri ſaltem ſimile credat. Bertinorius autem aperte aſſerit idem eſſe חבר & פרוש, *Socium* & *Phariſæum*. Et Chagiga II. 7. dicitur, בגדי עם הארץ מדרס לפרושים *Veſtimenta plebeiorum pro preſſu contaminatis reputantur Phariſæis*; ut Phariſæi ibi plebeiorum veſtimenta eodem loco habeant, quo hic Socii. Propterea hunc locum adducens Nathan Lexicographus, ſic de Phariſæis loquitur, הן החברין האוכלין בטהרה חולין, *Illi Socii ſunt, qui res profanas, vel communes mundi comedunt.* Iidem itaque homines חברים dicti, & פרושים, ſed diverſo reſpectu. פרושים *Phariſæi, quia ſeipſos ſeparabant* מכל טומאה ומן מאכל טמא מעם הארץ *ab omni immunditie, & à cibo immundo, & à plebe de cibo minus ſollicita*: ut loquitur idem R. Nathan. חברים *Socii* iidem vocati reſpectu Societatis inter ſe ad pollutionem vitandam initæ. Poterant autem cujuſcunque, etiam infimæ conditionis homines in hanc Societatem admitti, unde proximo ſtatim paragrapho piſtores, & III. 1. pauperes etiam *Socios* intelligit Bertinorius. Vide infra VI. 9, 12.

2 *Quicunque accumulant &c.*] Id eſt Solidarii, vel Magnarii, qui Tabernariis & Propolis oppoſiti. Illi enim propolis ἐπίμικτοι. dare ſolent, *cumulum*, vel *corollarium*. Vendunt μίτρῳ κεκολλυβισμένῳ καὶ σεσαλευμένῳ καὶ ὑπερεκχυνομένῳ, ut loquitur Divus Lucas, phraſi à noſtra minime aliena.

3 *Sitonæ.*] Vox Græca σιτῶναι, i. e. is qui frumentum emit ut revendat, ut conjuncti veniunt apud Gregorium Nazianzenum σιτῶναι καὶ σιτοκάπηλοι. Male ergo Maimonides infra V. 6. סיטון הו שבאיע לאנשים שמאיעאת ושלפואכה; *Sitona is eſt qui vendit liquidorum & fructuum ſpecies.* Quæ eadem fere ex eodem R.

5. R. Meir ait; Illud quod ſolet menſurari menſura [1] magna, ſi menſuretur parva, parva ſequitur conditionem magnæ: & illud quod ſolet menſurari menſura [2] parva, ſi menſuretur magna, magna ſequitur conditionem parvæ. Quænam eſt menſura magna? in aridis tres cabi: in liquidis [3] denarius. R. Joſes dicit, Corbes ficuum vel uvarum, & olerum cophinos ſiquis conjectura vendat, immunis eſt.

CAP. III.

1. REs dubia comedenda datur pauperibus & hoſpitibus. Rabban Gamaliel rem dubiam operariis comedendam dare ſolebat. Collectores eleemoſynæ ex Sammæanorum ſententia rem decimatam dant [4] ei qui non decimat, & non decimatam ei qui decimat; ut ita reperiantur omnes homines [5] rem rite perfectam comedentes. Sapientes dicunt, Colligunt ſimpliciter, & ſimpliciter dividunt; & is qui perficere velit, perficiat.

2. Qui abſcindere velit olerum folia ut onere ſe levet, ne abjiciat, niſi decimet. Qui olus in foro coemtum mutata ſententia reddere

Tanchum. Fidem R. Tanchumi ſupra notavimus. Jure an injuria judicabit Lector ex iis quæ ad hanc Miſnam ab eo citatam commentatur. סיטון הוקמאם שלי ישתרי מן שמאון ויביע פי דמאנד כאלעיל שניר ומוכרי תבואה הם שלואנין שלרישתרי מנהם שלסיטון. *Sitona eſt* القماط, *qui ex apotheciis emit, ut in officina revendat menſurâ parva. At frumenti venditores conduſiuntur, à quibus mercedes emit Sitona.* Deinde פתבת אן סיטון הו שקמאט שלי יתקסט מן שמאון או לתגאר ויביע הו יסיר יסיר פי אי צנף כאן מן שמאנר. *Certum eſt, Sitonam eſſe* القماط, *qui emit ex apotheciis, vel à mercatoribus, ut revendat minutim cujuſcunque generis mercem.* Quæ omnia non minus à ſenſu, & expreſſiſſimis Miſnæ verbis, quam ab ipſa vocis vera ſignificatione aliena. Hic tamen nota uſum vocis قماط pro *eo qui emit, ut revendat*; & inde verbum تقمط, *emit, ut revendat*, quæ Lexica Arabica vulgata hactenus ignorant. Zamachſharius. اتاني القماط بشاة فاشتريتها *Addaxit mihi* القماط *ovem, quam coemi.* Vocem explicans addit. هو الذي ياخذ الشاة في دار الجلب فيقطها لمعرضها على المشتري *Iſe eſt, qui ſumit ovem de foro, ut pedibus conſtrictam emtori venum objiciat.*

1 *Magna, ſi menſuretur parva.*] Al. *parva, ſi menſuretur magna.*

2 *Parva, ſi menſuretur magna.*] Al. *magna, ſi menſuretur parva.* Atque ita utrobique legit Bertinorius. Aliter Maimonides.

3 *Denarius.*] Menſura capiens quantum valeat denarium.

4 *Ei qui non decimat.*] Ei qui non eſt נאמן *fide dignus.*

5 *Rem rite perfectam.*] Ex טבל *frugibus illibatis* ſi deſumantur primitiæ majores, & primitiæ decimarum, quæ Sacerdotum portio, reliquæ fruges ita fiunt חולין *profanæ*, vel *deſecratæ*, βεβηλοι; לאן שקדושה קד זאלת מנה, inquit Maimonides ad VII. 7. *quia jam Sanctitas ab iis receſſit*; quanquam decimis nondum deſumtis. Si autem deſumantur נמיץ שלהקוק *omnia penitus quæ deſumi debent*, primitiæ decimæque, tum demum vocantur חולין מתוקנין βεβηλα τελεια ῥήματα, vel κοινα τελειωμενα ῥήματα, *fruges profanæ rite conſummatæ perfectæque*. Pollucta ita dici poſſe cenſet Scaliger, ſed male, ut oſtendere poſſem, ſi hic litigare velim de voce Latina.

1 Quia

reddere velit, ne reddat, nisi decimet; [1] quia nihil deest præter numerationem. Si quis inter emendum videat aliam farcinam meliorem, reddere potest, quia nondum [2] traxit.

3. Qui fruges reperiens sustulit ut comederet, dein mutata sententia reponere velit, ne reponat, nisi decimet. Sin primo sustulit ideo ne perirent, immunis est. Quamcunque rem non licet vendere dubiam, nec licet alii mittere dubiam. R. Joses permittit rem certam mittere, modo indicet.

4. Si quis molitori Cuthæo vel plebeio triticum mittat, statu suo manet respectu decimarum & frugum anni septimi: molitori alienigenæ, [3] res dubia fit. Si quis fruges deponat penes Cuthæum vel plebeium, statu suo manent respectu decimarum & frugum anni septimi: penes alienigenam, ut illius fruges habentur. R. Simeon vult, rem dubiam fieri.

5. Qui quidquam tradit [4] cauponæ, decimat illud quod tradit, & illud quod denuo ab ea recipit, quia suspicioni obnoxia est ne permutet. Contra R. Joses; Nos non dati sumus prædes fraudulentis: illud decimat quod ab ea recipit duntaxat.

6. Qui quidquam tradit socrui, decimat illud quod tradit, & id quod denuo ab ea recipit, quia suspicione tenetur corruptum mutavisse. Quippe censet R. Juda, mulierem velle gratiam filiæ conciliare, & generi reverentia duci. Agnoscit R. Juda, si quis socrui tradiderit aliquid anno septimo, eam suspicioni de mutatione non fore obnoxiam, ut ita [5] filiam cibaret frugibus anni septimi.

CAP.

1 *Quia nihil deest præter numerationem.*] Supponunt Commentatores fasciculos olerum jam emtos & tractos ea conditione, ut emtor solvat certum pretium pro singulis mox numerandis: & quia ita nihil deest præter fasciculorum numerationem, ideo emtoris fiunt, nec reddere potest nisi prius decimatos. Mihi autem hic locus de mendo suspectus est, præsertim quia in Talmude Hierosolymitano pro מחוסר legitur מעשר; quomodo etiam legisse constat RR. Simsonem & Bertinorium.

2 *Traxit.*] Tractio enim, sive rei emtæ elevatio, in rebus mobilibus necessario requiritur ad jus transferendum. Kidd. I. 5.

3 *Res dubia fit.*] Quia cum plures frumenti farcinæ ad molitorem subinde deferantur, alienigena, qui nulla religionis cura ducitur, ex mera forsitan incuria, decimatum cum non decimato permisceat. Sed huic dubitationi nullus locus est, (quanquam aliter R. Simeoni videatur) in alienigena depositario, qui fortan cum suis frugibus permutet; sed illæ à decimis liberæ sunt; non cum frugibus alius depositoris Israelitæ, qui forsan nullus erit, ut ita haberentur pro re dubia.

4 *Caupona.*] Πανδοκίδι, vel πανδοκευτρία, ut sibi edendum apparet. Decimat autem illud quod ei tradit, ne offendiculum ei præbeat, & ipse in causa sit, ut rem nondum decimatam ab ipso acceptam pro re sua permutatam comedat. Sufficere autem censet R. Joses, si sibi caveat.

5 *Filiam cibaret.*] Ita est vulgata lectio. Ut ita sensus sit, eam nolle fruges, quæ anni septimi non sunt, à genero ad se ut apparet delatas, frugibus anni septimi permutare, ne ita filiæ onera imponat, quæ comitantur esum frugum anni septimi. Verum Maimonides pro בתרה *filiam*, ביתה *familiam* plane legit. Arabice apud eum est לאהל ביתהא, i. e. *familiam*. Sic ergo juxta Maimonidem vertendus est locus. *Agnoscit R. Juda, si quis socrui tradiderit fruges anni septimi, eam suspicioni de permutatione non fore obnoxiam, ut ita familiam pasceret frugibus anni septimi.*

CAP. IV.

1. QUi fruges à quodam emtas, qui non habetur fide dignus de decimis, oblitus eſt decimare, percontatus eum die ſabbathi ejus arbitrio comedat. Obortis tenebris in exitu ſabbathi ne comedat, uſque dum decimet. Si illo non invento dixerit ei alius quiſpiam, qui nec ipſe fide dignus habetur de decimis, decimatas eſſe, [1] ejus arbitrio comedat. Obortis tenebris in exitu ſabbathi ne comedat uſque dum decimet. Si primitiæ decimarum [2] in locum ſuum redierint, R. Simeon Sezorenſis dicit; Etiam die profeſto percontatus, [3] ejus arbitrio comedit.

2. Si quis alium voto obſtringat ut ſecum comedat, ille vero fidem ei non adhibeat de decimis, comedit tamen cum eo primo ſabbatho, utcunque ei non fidat de decimis: ita tamen ſi ei dixerit decimas deſumtas eſſe. Secundo autem ſabbatho, utcunque voto ei interdixerit utilitate capienda, ne tamen comedat, niſi prius decimet.

3. R. Eliezer ait, Nemo obligatur [4] nomine indigitare decimas pauperum rei dubiæ. At Sapientes cenſent, nomine indigitare debere, ſeparare autem non obligari.

4. Qui nomine indigitaverit primitias decimarum rei dubiæ, vel decimas pauperum rei certæ, non tamen ſabbatho deſumet. Si autem Sacerdos vel pauper aſſueti ſunt cum eo cibum ſumere, accedentes comedant; [5] ita tamen ut id illis notum faciat.

5. Si quis eum qui non eſt fide dignus de decimis ſic juſſerit; præſtina mihi quid ab aliquo fide digno, vel ab aliquo qui decimat, non eſt fide dignus. Ab N, fide dignus eſt. Si profectus ut ab eo præſtinaret, deinde dicat, Illum non inveni, præſtinavi tamen tibi ab alio fide digno, non habetur fide dignus.

6. Si ingreſſus quiſpiam in urbem, ubi neminem habet cognitum, percontetur, Quis hic fide dignus? quis hic qui decimat? & quiſpiam ei reſpondeat, [6] Ego: ille non habetur fide dignus. Sin dixerit, N fide

1 *Ejus arbitrio.*] Regula enim eſt, אין אדם חוטא ולא לו, *Nemo gratis malus.*

2 *In locum ſuum.*] Id eſt, ſi denuo permiſceantur frugibus, ex quibus deſumtæ ſunt.

3 *Ejus arbitrio.*] Plebeii, quem prius ſeparaſſe novit, ſi aſſerat ſe denuo ſeparaſſe.

4 *Nomine indigitare.*] Nomine indigitare, vel deſignare primitias decimaſve, eſt partem aliquam, vel portionem frugum nominato definire, & deſtinare in decimas vel primitias; ut ſi quis dicat, *Primitia, vel decima, quas ex hoc acervo ſolvere debeam, ab hac, vel illa parte ſunto*; locum deſignans unde deſumi velit; tametſi nondum deſumat.

5 *Ita tamen ut id illis notum faciat.*] Aliter enim illicitum eſt hoſpites primitiis vel decimis paſcere.

6 *Ego: ille non habetur fide dignus. Sin dixerit, N fide &c.*] Ut ſic legatur, אני איני נאמן אמר לו איש פלוני. Atque ita habet MS, niſi quod ibi omittatur לו אמר *Sin dixerit.* Alii codices ſic legunt, אני איני נאמן איש פלוני נאמן *Ego non ſum fide dignus; ſed N fide dignus eſt* &c.

1 *Vete-*

fide dignus eſt; ille utique habetur fide dignus. Præſtinatum ad eum profectus, ſi percontatus, Quis hic [1] vetera vendit? reſponſum ferat, Iſte qui te ad me miſit; utcunque videantur mutuo ſibi gratiam rependere, habentur tamen illi fide digni.

7. Agaſonum qui in urbem veniunt, ſi dicat alter, fruges meæ hornæ ſunt, illius autem ſocii mei veteres, meæ nondum rite perfectæ, illius autem rite perfectæ; non habentur fide digni. R. Juda fide dignos haberi cenſet.

CAP. V.

1. QUomodo decimat is, qui à piſtore emit? Deſumit quantum ſufficit primitiis decimarum & ſecio, ita fatus; *Centeſima pars ejus quod hic eſt,* [2] *ab hac utique parte pro decimis habetor, & reliqua decimæ ei proximæ. Illud quod in decimas ſtatui, fiat primitiæ decimarum pro illis, & quod reliquum eſt, ſecium. Decimæ autem ſecundæ à ſeptentrione ſunto, vel ab auſtro; atque adaratione profanantor.*

2. Qui velit primitias & decimarum primitias una delibare, deſumit partem [3] triceſimam tertiam cum triente, ita fatus; *Centeſima pars ejus quod hic eſt, ab hac utique parte* [4] *eſto profana, & quod reliquum eſt, primitiæ de toto.* [5] *Centum partium rei profanæ quæ hic eſt, hac utique ab hac parte pro decimis habetor, & reliquæ decimæ ei proximæ. Hac quam in decimas ſtatui, pro illis fiat* [6] *decimarum primitiæ. Decimæ autem*

1 *Vetera.*] Fruges veteres; id eſt anni præteriti. Veretur enim hornas comparare, ne forſan nondum adductum ſit præmetium.

2 *Ab hac utique parte.*] Deſignans partem, quæ contineat unam centeſimam, & inſuper unam quadrageſimam octavam totius maſſæ, vel panis; illam pro decimarum primitiis, hanc pro ſecio.

3 *Triceſimam tertiam cum triente.*] Id eſt quinquageſimam pro primitiis majoribus, & centeſimam pro primitiis decimarum, quæ ſimul conficiunt triceſimam tertiam cum triente. Hæc autem portio juſto major eſt nonnihil; nam ut primitiæ majores continere debeant partem quinquageſimam, ſive duas centeſimas totius, decimarum primitiæ non ejuſdem totius, ſed reſidui duntaxat centeſima foret. Ut ita primitiæ majores & decimarum primitiæ ex partibus decies millenis non conficiant tercentas, id eſt trigeſimam tertiam totius cum triente, ſed ducentas nonaginta octo duntaxat.

4 *Eſto profana.*] Id eſt explicante Bertinorio, ישאר חולין כמו שהוא עתה טבלי *Maneat profana, in eodem ſtatu quo hactenus, dum adhuc illibata eſt.* Notet Lector uſum vocis חולין ſatis inſolentem bis hoc paragrapho. Utrobique enim ponitur pro re illibata.

5 *Centum partium.*] Locus non ſatis ſanus. Lectionem ſequor מאה חולין שיש כאן הרי זה בצד זרז. MS. omittit prius זה. Ita etiam Maimonides, qui ſic locum commentatur. תם יקול מאה חולין שיש כאן הרי בצד זה כעשר וישיר לי הלך אגוז אבאקי מן אלאתה אגוא אלי קר געלה חולין *Deinde dicit* Centum partium rei profanæ quæ hic eſt, ab hac utique parte pro decimis habetor, *digitum intendens ad partem iſtam, quæ ex tribus reſtat, quam profanam fecerat.* Hinc eſt, quod R. Jomtobus aſſerit Maimonidem מאה חולין interpretari חלק מק' *tua centeſima.* Quod tamen aperte falſum non dicit. Nec quidem ſic ſonare poſſunt verba. *Una centeſima res profanæ* Hebraice dicitur אחד מאה מהחולין, non מאה חולין. RR. Samſon & Obadias pro מאה חולין legerunt מהחוליי, ut ſic ſonent verba, *De re profana quæ hic eſt, hac utique portio ab hac parte decima eſto.* Lectionem, quam ſecutus ſum, meliorem judico.

6 *Decimarum primitiæ.*] Editi fere omnes addunt, *& quod reliquum eſt, ſecium.* Ita Talmud utrum-

autem ſecundæ à ſeptentrione ſunto, vel ab auſtro; atque adæratione profanantur.

3. Is qui à piſtore emit, de calido ſolvit decimas frigidi, & de frigido decimas calidi, etiam de typis diverſis. Ita R. Meir. Sed R. Juda vetat. Dixerim enim, inquit, heſternum triticum [1] hujus fuiſſe, hodiernum alius. R. Simeon vetat decimarum primitias ita ſolvere; ſecium permittit.

4. Is qui à [2] pratere emit, decimas dat de ſingulis typis. Ita R. Meir. R. Juda dicit, de uno pro omnibus. Agnoſcit autem R. Juda eum, qui à monopola emit, decimas ſolvere de ſingulis.

5. Is qui emit à paupere, atque ita ipſe pauper cui data ſint fruſta panis, vel palathæ fragmina, decimas dat de ſingulis. Dactylos autem & caricas miſcet, deinde deſumit. Ecquando vero? inquit R. Juda: ſi largitio liberalis ſit; ſin parcior fuerit, decimas dat de ſingulis.

6. Is qui emerit à ſitona, ſi denuo ab eodem emat ſecunda vice, non dabit decimas de hoc pro illo, quantumvis ex eodem quale, quantumvis ejuſdem ſpeciei. Fides adhibetur ſitonæ, [3] ſi ejuſdem hominis fuiſſe dicat.

7. Is qui emerit à Patrefamilias, ſi denuo ab eodem emat ſecunda vice, decimas dare poteſt de hoc pro illo, quantumvis ex duobus corbibus, quantumvis à duobus oppidis. Paterfamilias, qui olera in foro vendit, dummodo allata ei ſint à ſuis hortis, decimas dare poteſt de unis pro omnibus; ſin ab hortis alienis, decimas dat de ſingulis.

8. Is qui rem illibatam emit è duobus locis, decimas dat de hoc pro illo; utcunque dictum ſit, nemini licere rem illibatam vendere niſi urgente neceſſitate.

9. Decimæ deſumuntur de frugibus Iſraelitarum [4] pro frugibus Gentilium, & de frugibus Gentilium pro frugibus Iſraelitarum, de frugibus

utrumque; ita Miſna Veneta cum Commentariis Maimonidis & Bertinorii, Cracovienſis cum Commentariis Bertinorii & Jomtobi, Amſtelodamenſium prior. Unica quam ſcio, Amſtelodamenſis punctata, quicum convenit MS, hæc verba omittit; quæ tamen ſenſum turbant, & ex ſuperiore paragrapho planiſſime irrepſerunt.

1 *Hujus fuiſſe, hodiernum alius.*] Quorum alter forte decimas ſolet perſolvere, alter non ſolet. Sed non licet de decimato ſolvere decimas non decimati.

2 *Pratere.*] Vox פלטר deformata ex Græco πρατηρ. Praterem autem intelligunt propolam, qui panes à piſtore emtos denuo vendit. Quia autem is à pluribus emit piſtoribus, ideo R. Meir obligat eum, quicunque à pratere emit, de ſingulis typis diverſis decimas ſigillatim ſolvere. Quippe cenſet panes hujus typi ab hoc, illius ab illo fuiſſe emtos. Illud R. Juda non cenſet neceſſarium, niſi ſi panes à monopola emti fuerint; id eſt ab eo, qui omne opus piſtorum emit, ut revendat.

3 *Si ejuſdem hominis fuiſſe dicat.*] Et tunc decimas dare poteſt de alterutro pro altero.

4 *Pro frugibus Gentilium.*] Nam Gentilium fruges in agro Iſraelitico natæ decimandæ juxta regulam. אין לגוי קנין בארץ ישראל להפקיע מן המעשרות *Non competit Gentili poſſeſſio in agro Iſraelitie, qua decimarum ſluis nem tollat.* Hanc regulam admittit Maimonides. Bertinorius ejus contrarium verum cenſet; adeoque & ipſam regulam, & Miſnam ei innixam ad privatam ſententiam refert R. Meiri.

1 *R. Elie-*

frugibus Iſraelitarum pro frugibus Cuthæorum, & de frugibus Cuthæorum pro frugibus Cuthæorum. [1] R. Eliezer vetat de frugibus Cuthæorum pro Cuthæorum frugibus.

10. Urceus pertuſus ut ſolum reputatur. Si quis de ſolo primitias delibaverit pro urceo pertuſo, vel de urceo pertuſo pro ſolo, delibatio rata eſt. De [2] non pertuſo pro pertuſo, [3] primitiæ ſunt; ſed alias primitias denuo delibabit. De pertuſo pro non pertuſo, primitiæ ſunt; [4] non tamen comedentur, niſi pro eis prius deſumantur primitiæ decimæque.

11. Si quis de re dubia primitias delibaverit [5] pro re dubia, vel de re dubia pro re certa, primitiæ ſunt; ſed alias denuo primitias delibabit. De re certa pro re dubia, primitiæ ſunt; non tamen comedentur, niſi pro iis prius deſumantur primitiæ decimæque.

CAP. VI.

1. [6] QUi agrum colendum redemerit ab Iſraelita, alienigena, vel Cuthæo, [7] coram dividat. Qui agrum penſione conduxerit ab Iſraelita, primitiis prius deſumtis pendit. Ecquando vero? inquit R. Juda. Si pendat de eodem agro & de eadem ſpecie. Sin pendat de alio agro, vel de ſpecie diverſa, decimis etiam prius deſumtis pendit.

2. Qui agrum penſione conduxerit ab alienigena, decimis prius deſumtis

1 *R. Eliezer vetat &c.*] Genſet enim Cuthæorum nonnullos de decimis ſolvendis ſolicitos eſſe, alios nulla earum cura tangi. Cuthæorum enim פרק מכתלפרי *varias ſectas* agnoſcit Maimonides, non minus quam Epiphanius.

2 *Non pertuſo.*] Quicquid naſcitur in urceis non pertuſis, quum è terra natum eſſe nequeat dici, ex Lege non tenetur de primitiis, decimiſque; ſed ſolummodo ex Magiſtrorum ſcitis. Ideo primitiæ exinde delibatæ nequeunt ſufficere pro ſolo, vel quod ejuſdem conditionis eſt, pro urceo pertuſo.

3 *Primitiæ ſunt.*] Id eſt, primitiarum ritu Sacerdoti cedunt.

4 *Non tamen comedentur*] A Sacerdote; quia utcunque illi cedant ritu primitiarum, hactenus tamen ipſæ illæ primitiæ illibatæ cenſentur, utpote pro iſtis frugibus delibatæ, quibus nulla primitiarum obligatio ex Lege.

5 *Pro re dubia.*] Par ratio hujus paragraphi & ſuperioris, dum comparatio inſtituitur inter rem dubiam & urceum non pertuſum ab una parte, ab altera inter rem certam & urceum pertuſum; niſi quod in hoc uno caſu differunt; quod, quum delibatio rata foret, ſi quis delibaret de urceo non pertuſo pro alio non pertuſo, utcunque caſus omiſſus ſit in ſuperiore paragrapho; quia parilis utriuſque ratio, & utrobique eadem obligatio ex ſcitis Sapientum; contra, ſi quis deliber de re dubia pro re dubia, denuo obligabitur delibare, quia fieri poteſt ut una harum revera jampridem primitias ſolverit, altera vero non; illicitum vero eſt primitias delibare de ea quæ jam ſolvit, pro ea quæ nondum ſolvit.

6 *Qui agrum colendum redemerit.*] Diximus ſupra ad Pea V. 5. de variis Colonorum apud Judæos generibus. Ibi אריס & מקבל pro ſynonymis habuimus, ut uterque ſit *Redemtor partiarius*. Obſervationem noſtram firmat ad hunc locum Bertinorius: המקבל שדה למחצה לשליש ולרביע כדרך האריסין, *Qui agrum colendum redemerit*, ſcilicet *ob dimidiam, tertiam, vel quartam partem*, more האריסין *Redemtorum partiariorum*. Ubicunque autem *colendum redimere* in verſione pono, ſubintellige *jure partiario*.

7 *Coram dividat.*] Citra primitiarum decimarumque deſumtionem.

deſumtis pendit. Addit R. Juda; Etiam is qui agrum paternum colendum redemerit ab alienigena, decimis prius deſumtis pendit.

3. Si Sacerdos vel Levita agrum Laici colendum redemerint, quemadmodum partiario dividunt rem profanam, ita etiam [1] partiario dividunt primitias. R. Eliezer ait; Imo vero [2] decimæ illorum fiunt, quia iſta conditione venerunt.

4. Si Laicus agrum Sacerdotis vel Levitæ colendum redemerit, decimæ cedunt domino fundi. R. Iſmael addit; Si ruſticus agrum hominis Hieroſolymitani colendum redimat, decimas ſecundas Hieroſolymitano cedere. At Sapientes cenſent, poſſe ipſum ruſticum Hieroſolymas delatas ibi comedere.

5. [3] Si quis oleas ad oleum faciendum redimat, quemadmodum partiario dividunt rem profanam, ita etiam partiario dividunt primitias. Si Laicus oleas ad oleum faciendum [4] ob dimidium lucri redemerit, R. Juda aſſerit, decimas propietario cedere.

6. Sammæani dicunt; Ne vendat quis olivas alii quam Socio. Hillelæi permittunt etiam ei qui decimat. Attamen verecundiores inter Hillelæos ſequebantur dictum Sammæanorum.

7. Duorum, qui vindemias in eundem lacum deportarint, ſi unus decimet, alter vero non; is qui decimat, [5] quod ſuum eſt decimat, & partem ſuam ubicunque ſit.

8. Duorum, qui agrum redemerint ad culturam partiariam, vel hæredium acceperint, vel conſortio poſſederint, alter alteri dicere poteſt; Sume tu triticum illinc, & ego ſumam triticum hinc; tu vinum illinc, & ego vinum hinc. Ne autem dicat; Sume tu triticum, & ego hordeum; tu vinum, & ego ſumam oleum.

9. Si Socius & plebeius cohæredes ſint patri plebeio, ille poteſt dicere; Sume tu triticum illinc, & ego triticum hinc ſumam; tu vinum illinc, & ego vinum hinc. Ne autem dicat; Sume tu triticum, & ego hordeum; ſume tu humidum, & ego ſiccum ſumam.

10. Si

1 *Partiario dividunt primitias.*] Vel decimas; ut Laicus fundi dominus partem primitiarum decimarumve, quæ ſibi obtingit, ſuo arbitratu alii cuilibet Sacerdoti vel Levitæ contribuat.

2 *Decimæ.*] Primitiæque. Nota hic & in ſequentibus תרומה, vel מעשר pro utriſque, primitiis & decimis ſynecdochice poni; quod & alibi uſu venit.

3 *Si quis.*] Laicus à Clerico, vel Clericus à Laico.

4 *Ob dimidium lucri.*] Talmud Hieroſ. *vel ob dimidium lucri.* Atque ita R. Obadias; ut ita aliud hic ſit, *oleum faciendum redimere*, ſcilicet ob partem aliquotam olei tandem facti; aliud *curandum accipere*, ob dimidiam partem incrementi, vel quæſtus.

5 *Quod ſuum eſt &c.*] Illicitum eſt ei, qui ἀξιωσιν in decimatione ſibi vindicat, alii non fide digno rem non decimatam tradere: Ideo ſi duo, quorum alter fide dignus, alter non fide dignus, collatis ſymbolis uvas una calcant, fide dignus obligatur, *quod ſuum eſt*, id eſt partem, quam in diviſione recipit, decimare; & inſuper *partem ſuam ubicunque ſit*; i. e. decimas præterea ſolvere de proprio pro dimidia parte, ejus quod alter recipit, utpote quod ex utriuſque frugibus æqualiter conſtet, ne alteri rem non decimatam tradidiſſe videatur. Ita hunc locum exponit R. Samſon. Reliqui commentatores, ſi quisquam video, nihil vident.

10. Si proſelytus & gentilis cohæredes ſint patri gentili, ille dicere poteſt; Sume tu idolum, & ego ſumam nummos; tu vinum, & ego ſumam fruges. Sed poſtquam ceſſerint in poteſtatem proſelyto, amplius non licet.

11. Si is qui vendit fruges in [2] Syria dicat eſſe eas ex terra Iſraelitica, decimari debent: ſi addat, decimatas eſſe dudum, fide dignus habetur; quia authoritas quæ nexuit, eadem ſolvit. De ſuo eſſe agro, decimari debent; decimatas eſſe dudum, fide dignus habetur; quia authoritas quæ nexuit, eadem ſolvit. Sin notum ſit, habere eum agrum in Syria, decimari debent.

12. Si Socium ſic juſſerit plebeius; Præſtina mihi ſalicia alum olerum; præſtina mihi [3] cruſtulum; mercatus ſimpliciter immunis eſt. Sin dixerit, Hoc mihi, illud amico meo, & deinceps permiſta ſint, decimari debent, ſi vel centum fuerint.

CAP. VII.

1. SI quis alium comeſſatum vocat, & ille ei fidem non adhibeat de decimis, pridie ſabbathi ſic fatur. *Quicquid ego ſeparaturus ſum cras decimæ eſto, & reliquæ decimæ illi proximæ. Hoc quod conſtitui in decimas, pro illis ſint decimarum primitiæ. Decimæ autem ſecundæ à ſeptentrione ſunto, vel ab auſtro, atque adærando profanatæ.*

2. Cum miſcent ei calicem ſic fatur. *Quod relicturus ſum in fundo calicis decimæ eſto, & reliquæ decimæ ei proximæ. Hoc quod in decimas ſtatui, pro illis ſint decimarum primitiæ. Decimæ autem ſecundæ in ſummo calice ſunto, atque adærando profanatæ.*

3. O-

[1] *Vinum.*] Vinum gentilis habetur pro יין נסך *vino libaminis.*

[2] *Syria.*] Per Syriam intelliguntur in Miſna ארם צובה & ארם נהרים Meſopotamia & Syria Soba, à Davide olim in ditionem receptæ. Hanc regionem mediæ conditionis eſſe volunt inter terram Iſraeliticam, & ארצות לארץ terram plane extraneam. Atque hoc ideo, quia David has gentes devicit antequam ſubacta eſſet terra promiſſa. Alias quicquid eſt כבוש רבים ditio à populo Iſraelitico perdomita, pro terra Iſraelis reputatur. Fruges igitur, quæ in Syria naſcuntur, Iſraelita non obligatur decimare, niſi & ipſe ager ſuus ſit.

[3] *Cruſtulum.*] גלוסקין אחד. Ita MS, & Talmud Hieroſolymitanum: alii codices גלוסקן אחד; ut ן pertineat non ad terminationem pluralem, ſed ad formam vocis. Aliter autem legitur גלוסקאי, in ſingulari, & in plurali גלוסקאורת; vel etiam cum ק pro כ. Syrorum etiam Gloſſographi ܓܠܘܣܩܐ habent, quod exponit Iſa bar Ali كعك حسبز حوارى *Cruſtulum, panis, candidum panis*; Alius Anonymus ſimpliciter كعك. Bi voci ſupra minio adſcribitur بسمين, ut *cruſtulum* intelligas *ſimilaginem*. Eadem fere etiam apud Bar Bahlulum. Hinc fit, ut Muſaphias factum credat ex Græco κολλυρίς. Eo etiam collimare videtur Cohen de Lara, dum Græce ſignificare aſſerit בולין או רוסקא דיפאו *bolle, o roſca de pan.* Sed cum ן manifeſto ad formam vocis pertineat, potius habeo pro Græco γλυκισίς. Eſt autem γλυκισιας, ὁ ἀπὸ γλυκείου ὢ ἐλαίου πλακοῦς πεφθεὶς Κοντὸς. Ita Seleucus in gloſſis apud Athenæum. Hinc emendandus Heſychius in Γλυκίσας.

3. Operarius, qui non habet fidem patrifamilias, deſumens unam caricam ſic fatur. *Hæc, & novem proxime ſecuturæ decimæ ſunto pro nonaginta, quas comeſturus ſum. Hæc pro illis primitiæ decimarum fiat. Decimæ autem ſecundæ in poſtremis ſunto, atque adærando profanatæ.* Deinde abſtineat unam caricam. Rabban Simeon filius Gamalielis abſtinere vetat, quia ſic diminueret opus patrisfamilias. R. Joſes abſtinere vetat, [1] propter pactum Synedrii.

4. Qui vinum emit à Cuthæis ita fatur. [2] *Duo logi, quos ego ſeparaturus ſum, primitiæ ſunto, decem decimæ primæ, & novem decimæ ſecundæ.* Deinde incipit bibere.

5. Si cui ficus illibatæ ſuppetant domi, ille autem verſetur in ſchola, vel in [3] agro, ita fatur. *Binæ ficus, quas ipſe ſeparaturus ſum, primitiæ ſunto, decem decimæ primæ, & novem decimæ ſecundæ.* Si rei dubiæ ſint, ſic fatur. *Quod ego ſeparaturus ſum eras decimæ eſto, & reliquæ decimæ ei proximæ. Hoc quod conſtitui in decimas, pro illis fiat decimarum primitiæ. Decimæ autem ſecundæ à ſeptentrione ſunto, vel ab auſtro, atque adæratione profanatæ.*

6. Si is, cui appoſita ſint bina rei illibatæ caniſtra, dixerit, *Decimæ hujus in illo ſunto*; prius decimatur. *Hujus in illo, & illius in hoc*; [4] prius decimatur. *Decimæ utriuſque invicem in altero*, [5] jam nomine indigitavit.

7. De centenis partibus [6] rei illibatæ; & totidem rei profanæ, deſu-

1 *Propter pactum Synedrii.*] Pactum ſic refert Talmud Hieroſolymitanum: תנאי בני שתרא תרומת מעשר משל פועל ומעשר שני משל בעל הבית, *Pactum Synedrii eſt, ut primitiæ decimarum incumbant operario, decimæ ſecundæ patrifamilias.* Videram ſane primo ſtatim aſpectu, hæc planiſſime menti Miſnæ noſtræ contraria eſſe: nec dubitavi quidem, quin Scribarum typorumve mendo *operarius* & *paterfamilias*, vel ſaltem *primitiæ decimarum*, & *decimæ ſecundæ* ſedes mutaverint: nam ſi primitiæ decimarum operario incumbant, ob hanc maxime rationem abſtinere deberet. Conjecturam noſtram plane adſtruit R. Samſon, qui ex Talmude Hieroſolymitano, atque inſuper ex Toſaphta, ſic pacti verba refert. תנאי בני הוא שתהא תרומת מעשר מבעל הבית ומעשר שני מפועל, *Pactum Synedrii eſt, ut primitiæ decimarum patrifamilias incumbant; decimæ ſecundæ operario.*

2 *Duo logi.*] Quinquageſima pars logorum centum; ut ita intelligas vinum emtum ad centum logos hic reſtringi; quod etiam de ficubus intelligendum ſequenti paragrapho. Præceſſerat (credo) in vetuſtiori deuteroſi, unde hæc Miſna deſumta, centum logorum expreſſa mentio. Neque enim dubitandum mihi videtur, quin ex hujuſmodi locis, ubi ſenſus ſine ſupplemento plane hiat, invictum argumentum contra Judæos petatur, qui ante Miſnam ſuam hodiernam nullas olim extitiſſe credunt traditiones ſcriptis mandatas. Sed hoc alibi. Reliqui hic numeri non plane accurati ſunt nam centum logorum decimæ poſt deſumtas primitias non ſunt decem logi, ſed decem quinta minus; adeoque decimæ ſecundæ non novem logi, ſed octo cum partibus quinquageſimis quadraginta & altera.

3 *Agro.*] Supple; *veſpera Sabbati*, ut ita veretur ne inſtet Sabbathum antequam decimas ſeparare poſſit.

4 *Prius decimatur.*] Non etiam alterum, propter regulam, אין מפרישין מן הפטור על החיוב *Non ſeparanda ſunt primitiæ decimaque de re immuni pro nexa.*

5 *Jam nomine indigitavit.*] Ut nequeat deinceps aliunde ſolvere.

6 *Rei illibatæ.*] Non ſimpliciter; ſed ex qua primitiæ decimarum nondum delibatæ. Si fruges, ita illibatæ, & aliæ profanæ æquali quantitate permiſceantur, in ſeparatione volunt centeſimam partem profanarum ad illibatas accedere. Ita enim primitiæ decimarum quæ centeſima pars eſt frugum una cum reliquis nonaginta novem inciderint in centum partes rei profanæ. Sed ſi centeſima pars primitiarum in centum partes rei profanæ incidat, deſumta ſimpliciter parte totius centeſima prima, reliquæ profanæ

desumendæ sunt partes centum & altera. De centenis rei illibatæ, & totidem decimarum, desumendæ sunt centum & [1] altera. De centenis rei profanæ rite perfectæ, & totidem decimarum, desumendæ sunt centenæ denæ. De centenis rei illibatæ, & nonagenis decimarum, vel nonagenis rei illibatæ, & octogenis decimarum, nihil perditur. Hæc est regula generalis; Si res illibata quantitate vincat, nihil perditur.

8. Si is, cui deni suppetunt ordines, singuli denum cadorum vini, ita fatus est; *De extimo quodam ordine unus* [2] *decimæ esto*; nec constat de quonam; sumit [3] duos cados [4] diagonaliter oppositos. *De dimidio quodam ordine extimo unus decimæ esto*; nec constet de quonam; sumit quaternos ad quatuor angulos. *De ordine quodam unus decimæ esto*; nec constet de quonam; sumit ordinem unum diagonalem. *De dimidio quodam ordine unus decimæ esto*; nec constet de quonam; sumit ambos ordines diagonales. *Cadus unus decimæ esto*; nec constet de quonam; sumit de singulis cadis.

sanæ manent. Atque hoc est, quod dicitur, התרומה עולה באחד ומאתים *Primitiæ emergunt de centenis & altera*, Terum IV. 7. phrasi auribus nostris satis insolenti.

1 *Altera.*] Quæ pro decimis habeantur juxta Maimonidem: pro se illibata juxta Bertinorium.

2 *Decimæ esto.*] Non pro centenis istis; sed pro vino alio alibi.

3 *Duos cados.*] Ut ex illis decimas prædictas desumat. Illi enim singuli ex æquo pertinent ad binos ordines exteriores.

4 *Diagonaliter.*] לוכסן λοξόν, i. e. λοξῶς ἀντικειμένους.

TIT. IV. CHILAIM.

SIVE

DE MISCELLIS.

Id eſt, de illicita diverſorum generum miſtura in agricolatione & vinearum cultu, in animalium admiſſura & operis, atque in veſtium apparatu; juxta leges Lev. XIX. 19. Deut. XXII. 9, 10, 11.

CAP. I.

1. TRITICUM & [1] lolium non habentur [2] diverſi generis inter ſe. Hordeum & [3] ſpica vulpis; [4] far adoreum & [5] ſiphon; [6] faba & piſum; cicercula & ervilia; faba candida & ſmilax hortenſis non habentur diverſi generis inter ſe.

2. Cu-

1 *Lolium.*] זונין. Ni obſtaret lingua Arabica, in qua eadem vox occurrit زوان, crederem זונין inveterato mendo ita ſcribi pro זוונין. Certe vix dubitandum cenſeo, quin ζιζάνια, vox, quam non alibi quam apud Evangeliſtas, & inde apud Scriptores Eccleſiaſticos temere reperias, hæc noſtra ſit.

2 *Diverſi generis.*] Vocis כלאים veram originem, quæ Judæos plane latuit, primus aperuit Bochartus ex lingua Æthiopica, quæ mirum in modum cum Hebræa convenit. Æthiopice כלא *a'ixm, diverſum* ſonat: atque ita olim Hebræis. Inde in duali numero כלאים *res duæ diverſæ*, vel *diverſi generis*; ut in illis שדך לא תזרע כלאים, *agrum tuum duobus diverſi generis ſeminibus ne ſerito*; & ſimilibus.

3 *Spica vulpis.*] Maimonides & ex eo R. Tanchum ponunt etiam Arabice סנבל שועלב *ſpicam vulpis*, quod tamen apud Herbarios Arabas non reperio. Ita etiam Talm. Bab. Peſac. 25. *a.* Menac. 70. *b.* Chaldaice שבולי תעלא. Ego שבולת שועל *ſpicam vulpis* pro panici quadam ſpecie habeo, utpote quod ſpica referat caudam vulpis.

4 *Far adoreum.*] Illud eſſe כסמת plura ſuadent. Primo LXXII Interpretes pro eo ſemper ponunt ζεα vel ὀλύρα, quæ utraque ejuſdem generis Dioſcoridi. Deinde R. Tanchum vult eſſe Arabicum علس; ſed ad عـلـس Beitaridem accommodat deſcriptionem zeæ Dioſcoridis & Galeni: atque ita fere Ebn-al-Cabatius. Eſt autem ζεα vel ζεια Latinorum *far adoreum*, uti notum eſt ex Dionyſii Halicarnaſſæi celebri loco, & ex Aſclepiade apud Galenum. In Talmude Babylonico locis mox citatis, כסמת exponitur גולבא; quod quid ſit, fateor me neſcire. Cohen de Lara & hoc zeam interpretatur, aſſerens idem ſignificare Arabicum גולב. Sed nec mihi notum vocabulum illud Arabicum. R. Salomonem ſecutus zeam interpretatur: idem enim hujus אשפיילטא *ſpelta.*

5 *Siphon.*] Tandem in eodem gemino Talmudis loco שיפון exponitur דישרא. Illud autem, uti etiam Syrorum ڕسڤـــز, plane eſt Arabicum نوسر; quod etiam R. Tanchum pro שיפון ponit. Arabum نوسر, dictum

dictum etiam ערש, ſic nobis depingit celebris apud Arabas medicus Ebn Jazla, هو حشيشة تشبه ورقها ورق الحنطة لكنه اليبن ولة ثمرة لها حجابان او ثلثة وعليها شبه الشعر. Quæ verba non alia indigent interpretatione, quam ut deſcriptionem Ægilopis ex Dioſcoride apponam, unde plane deſumta ſunt. Αιγίλωψ βοτάνη ἐστὶ φύλλα πυρῷ ὅμοια, μελανώτερα δέ, ἐπ' ἄκρας δὲ τῷ κεφαλῇ κάρπος ἔχει δ'. ἢ γ'. ἰρυθρὸν, ἐφ' ἑκάστῳ ἐστὶ τρίχας ἐκπεφύκασι. Ubi tamen Ebn Jazla pro δ'. ἢ γ'. *ipſum* legiſſe videtur δ'. ἢ γ'. ἐλύτρους. Ita enim ſonant verba ولة ثمرة لها حجابان او ثلثة, *fructum habens, cui bina vel terna involucra*, vel *tegumenta*. Ita etiam Beitarides, (qui & ipſe in دوسر Dioſcoridis eundem locum deſcribit, præmiſſa etiam voce اعتلص, mendoſiſſime proculdubio, ut in his fieri amat, pro اغيلبص αἰγίλωψ,) وفي طرفه ثمرة في غلافين او ثلثة i. e. ἐπ' ἄκρας δὲ τῷ κεφαλῇ κάρπὸς ἐν δ'. ἢ γ'. ἐλύτροις. Non de nihilo ergo eſt, quod in nothis Dioſcoridis, (ſi modo omnia iſta notha, quæ Saraceno ita viſa,) ſic legitur de ægilope; οἱ δὲ, σιτάνιον, οἱ δὲ, σίφων, οἱ δὲ βρῶμος, Ρωμαῖοι δ' ὄβινα. Et mox in bromo, οἱ δὲ, σιφώνιον, οἱ δὲ, ἀκρόσιτον, Ρωμαῖοι δ' ὄβινον. Sed ut verum fatear, ægilops Dioſcoridis non videtur inter frumentacea numerandus, utpote quarto demum libro deſcriptus, quum frumenta omnia ſecundo complexus eſſet. At vero *Siphon* plane frumentis contribuitur à Judæis; ex quo etiam panis azymus Paſchalis fieri poteſt Peſac. II. 5. & ex cujus maſſa ſecium delibandum, Challa I. 1. Menac. X. 7.

6 *Faba &c.*] Sex leguminum nominibus, quæ hic habentur, reſpondent ſex illa ex tabella, vel pariete Hilleli Ellemi filii deſumta, quæ non ſatis ſana extant in Talmude Hieroſolymitano. פילה פושונת גלבונת מילותת ספרוונה פסילתת. R. Nathan locum hunc ſic profert. בול פילא ספיר פישונא פורקדן גילבונא ובטייה ציצירקלי נולבאן פופה מילותא פול הלבן ספרווה שעועית פסילתא. i. e. פול eſt פילא, an forſan Ægyptium πιφελι, vel πιβελι? i. e. *faba*; ספיר *niveus*, *piſum*; פרקן *cicereula*, *nam cicereula Arabice* حلبان *dicitur*; טופה *eſt* מילותא, quod quid ſit neſcio, niſi forſan forma Chaldaica ponatur pro מילונתא i. e. μελάνια, *panicum*; פול הלבן *faba candida* eſt ספרווה, vel ספרוונה, forſan ἔαρινον; שעועית *phaſelus*. Hæc ille, accommodans ſenas ſpecies ex tabella R. Hillelis ſenis iſtis in Miſna memoratis. Subjungit tamen & aliam interpretationem non parum diverſam; ut פול Italice dicatur *fava*; ספיר *cicercula*, *ſpecies utique nigra*, & veterum *cicera*; פרקן *piſo*, *ſpecies alba*; טופה, גרבולי quæ vox corrupta videtur, & poni ſuſpicor pro Italica *roviglia*, quæ veterum *ervilia*; פול לבן *fava blanca*; שעועית *vecca*. In tanta horum nominum incertitudine veniam forſan merebitur, qui conjecturæ verosimili fidit; quæ tamen nec facile in omnibus occurret. Quod ספיר piſum ſit, id mihi argumento eſt, quod, præter authoritatem Talmudis Hieroſolymitani, & Hillelianæ tabellæ, ubi dubitandum non eſt, quin פישונא *piſum* ſit, Maimonides etiam, & ex eo R. Tanchum pro eo ponat ماش. Jam vero Arabum Perſarumque ماش, ſi non verum piſum ſit, ſaltem ſimillimum eſt, atque id quidem eo uſque ut Hiſpaniæ incolæ, adeoque Maimonides Cordubenſis, pro vero piſo habuerint. Utrique horum fides ex inſigni Serapionis loco.

الماش هو حب صغير كالكرسنة الكبيرة اخضر اللون براق له عين كعين اللوبيا مكحل ببياض وشجرته كشجرة اللوبيا وهو في غلف كغلفها ويتخن في البساتين فيوكل كما توكل القطاني وهو طيب الطعم واصله من اليمن ويسمونه الاقطن واهل الاندلس يغلطون فيه فيجعلونه الجلبان.

i. e. ماش *granum minutum eſt inſtar majoris cruci, viride, ſpendicans, colore ſmilacem referens, albedine reſperſum; caulem habet, qualem ſmilax, & ſiliqua, qualem illa habet, legitur: hirtenſis eſt, eſtque ut leguminea; gratâ ſaporis. Natalem debet Arabiæ felici, ubi dicitur* اقطن aktan.

Hiſpani

2. Cucumis & melopepo non habentur diversi generis inter se. R. Juda diversi generis esse asserit. Lactuca & lactuca montana; intybum & intybum agreste; porrum & porrum agreste; coriandrum & coriandrum agreste; sinapi & sinapi Ægyptium; cucurbita Ægyptia & [1] subcineritia; faba Ægyptia & siliqua non habentur diversi generis inter se.

3. Rapum & napus; brassica & [2] brassica agrestis; blitum & atriplex non habentur diversi generis inter se. R. Akiba addit; allium & ulpicum; cæpam & cæpulam; lupinum & phaselum non haberi diversi generis inter se.

4. In arboribus pyri & [3] crustuminæ; [4] mali cydoniæ & sorbi non habentur diversi generis inter se. Mali & [5] mespili; mali Persicæ &

Hispani de eo hallucinantur, dum pro piso habent. Huc accedit quod Ebn Jazla de ماش asserit,

وجوهره قريب من السباقلي واقل دفخا منه وافضل اوقات استعماله الصيف

substantiam ejus proxime accedere ad faba naturam, sed minus esse flatulentam, & præcipue usurpari in æstate. Eadem fere, & iisdem pene verbis Avicenna; quæ manifesto desumta ex descriptione περὶ πισσῶν *pisorum* Galeni, qui in primo de alimentorum facultatibus de pisis sic loquitur; πλησίον τι, κατὰ τὴν ὅλην οὐσίαν ἔχουσι κυάμοις, ἰδιώμορόι τι κατὰ τὰς αὐτὰς τροπὰς αὐτοῖς, ὃ ἐνοῦν τῶν δὶ παρακλαίουσιν, ὅτι τὴ φυσώδες ὁμοίως ὥσ εἰσὶ τοῖς κυάμοις, &c. Quod in Galeno est ἰδιώμορόι τι κατὰ τὰς αὐτὰς τροπὰς αὐτοῖς, mireris forsan tam absone expressum ab Avicenna & Ebn Jazla, *& præcipue usurpari in æstate*; sed quicunque Galeni opus Arabice vertit, unde hæc illi, legebat κατὰ τὰς αὐτὰς τροπὰς, i. e. *eorundem solstitiorum tempore*, æstivorum utique. Beitarides autem, qui & ipse hanc Galeni descriptionem περὶ πισσῶν Arabico ماش accommodat, hanc partem ut sibi minus intellectam omisit. Atque hæc quidem hactenus. Sequitur פרקדן, quod R. Nathanem secutus *cicerculam* verto, quanquam Italorum *cicerchia* videtur esse veterum *cicera*. Benjamin Musaphias ad hanc vocem notat ארקדן Græce denotare leguminis genus rotundum, ervo minus. *Arachidnam* Theophrasti & Plinii intelligere videtur; quod præfixo Æolico digamma est Ϝαραχίδνα. Sed ἔπιχω. De שעועית *supra* dixi, nec quicquam habeo quod addam. שעועית pro similace hortensi habeo, tum quod eo facit tabellæ Hillelianæ פסילתא *phaselus*, & Maimonidis שלובית, (quæ vox ex Græco λοβὸς vel λοβὸν, uti & ipsa Græca apud recentiores, huic generi τῶν ἰσάδων præ cæteris tribuitur, quia solum cum folliculis manducatur, ut jam olim animadverterat Aetius;) tum quia vel maxime congruit nominis notatio, ut similax hortensis, quæ insigni lævore constat, שעועית à lævore diceretur.

1 *Subcineritia.*] Cucurbitæ amaræ genus, quæ esui inepta, nisi prius sub cineribus vel favillis condita mitescat.

2 *Brassica agrestis.*] Ita Maimonides תרובתור exponit כרנב ברי דקיק שאנצאן, *brassica agrestis tenui folio*, Gemaram Hierosolymitanam secutus. R. Nathan Arabice exponit ארקנביט; sed legendum שקנביט. Arabibus siquidem القنبيط est *brassica Pompeiana*. Videndum tamen annon vox hæc commune aliquid habeat cum Afrorum ϧαφαθ. quomodo raphanum appellant, ut est in nothis Dioscoridis. Iidem raphanum agrestrem ϧαφαϫοπδοι vocant; fortean תורבת שדרה. Ita תרובתור factum videtur ex תורבת טור, quod ita sonaret *raphanus montana*.

3 *Crustuminæ.*] Inde enim deformatum credo קרוסתמלין; nisi quis malit *Chrysomela*. Sed in Tosaphta in singulari legitur קרוסתסין.

4 *Mali cydonia.*] Talm. Hierof. פרישים ארי יונה mendose. Rectius R. Nathan אמר רבי יוסי אכפרגלין. i. e. *R. Joses, vel Jonas*, פרישין *exponit* אכפרגלין. Hinc Buxtorfius in Talmude Hierosolymitano פרישין pro *asparago* poni asserit. Sed hallucinatur gravissime: nam אספרגל non est *asparagus*, sed Arabicum سفرجل *malus cydonia*.

5 *Mespili.*] Maimonides חזרר Arabice exponit שעיזראן. Est autem عيزران Ebn Jazlæ & Beitaridi زعرور, sive mespili species.

1 *Super-*

& amygdalæ; zizyphi & connari, utcunque ſimillimæ ſint, ſunt tamen diverſi generis inter ſe.

5. Raphanus & napus; ſinapi & lapſana; cucurbita Græca cum Ægyptia & ſubcineritia, utcunque ſimillima ſint inter ſe, ſunt tamen diverſi generis ab invicem.

6. Lupus & canis; canis Cyprius & vulpis; capræ & capreæ; ibices & oves; equus & mulus; mulus & aſinus; aſinus & onager, quantumvis ſimillimi ſint inter ſe, ſunt tamen diverſi generis ab invicem.

7. Non [1] ſuperinducunt arborem arbori, nec olus oleri, nec arborem oleri, nec olus arbori. R. Juda permittit olus in arborem ſuperinducere.

8. Non depangunt olera in ſtipitem ſycomori; nec inſerunt rutam [2] caſiæ albæ: quia illud eſt, olus arbori. Non depangunt ſurculum ficulneum in [3] hederam ut ei refrigerio ſit; neque ſarmentum viteum meloni infigunt, ut ei ſuccum ſuum impertiat: quia illud eſt, arborem oleri. Non immittunt ſemen cucurbitæ in [4] althæam, ut diutius eam ſervet, quia hoc eſt olus oleri.

9. [1] Qui

1 *Superinducunt.*] Rabbinorum commentariis idem eſt הביא & הרכיב, utrumque *inſerere*. Sed, ni fallor, latius multo patet הביא, quod dicitur ubi nulla eſt inſitio, & inſitionem etiam complectitur. Vide infra VII. 1.

2 *Caſia alba.*] Ita volunt קורח *caſiam* eſſe, quanquam & ipſa vox קציעה legatur in Pſalmis. Dioſcoridi etiam, ſi locus mendo caret, una caſiæ ſpecies dicitur κυτίλη, quod à קורח non multum alienum. Pro μωτὴ, vel μύτη Galeni & Arriani poni volunt nonnulli; ſed Beitarides etiam ex Dioſcoride legit قُطو. Ebn Jaz'a, quod ad rem noſtram propius ſpectat, unam سلخة *caſiæ* ſpeciem memorat, quæ طعم السذاب ـــة ـــبـ ـــة, *rutæ ſaporem refert.* Atque hæc eadem Authori Malayeſæ dicitur سنابية, κασίαι πηγανώδης.

3 *Hederam.*] Plantæ חצוב frequentiſſima habetur mentio in vetuſtioribus Judæorum libris. Ea tribuum limites Joſuam deſcripſiſſe tradunt. Eandem in arcam Noachum invexiſſe volunt, ut capreis pabulum eſſet. Ut cætera omittam. Neſciunt tamen recentiores quid ſit; ut vel inde conſtat, quod *hederam* exponunt, & ſimul plantam eſſe volunt, quæ recta & alta radice deorſum tendit, in neutram partem inclinans, quæque ideo in limitum deſignatione uſurpata effoſſa poſtea indicio eſſet, ſi quis limites moviſſet. Nam deſcriptio iſta hederæ convenire nullo modo poteſt, utpote quæ radices nec recte nec alte agit. Præterea hedera alibi in Miſna Græco vocabulo קסוס appellatur. Alibi invenias חצב ſ ut Abo. za. I. 5. quod huc trahere conantur nonnulli, ſed fruſtra. Id enim dactyli ſpecies eſt, חצוב oleris. *Hoſe am* retinui, quia quid potius ponerem non facile ſuccurrit. Forſan autem Judæi non tam veram hederam intelligebant, quam convolvuli ſpeciem, quam Hiſpani *Yedra campana* vocitant; nimirum quia foliis & reptatu hederam æmulatur; florem autem fert campanæ, vel nolæ ſimilem. Judæi eandem plantam חצוב dixerint propter floris formam urceolarem, nam חצב *urceum.* Ne autem mira videatur fici in olus inſitio, en tibi teſtimonium inſigne ex Martio Palladii. *Aliqui multum prodeſſe confirmant, ſi planiam ficu diviſo ſquillæ bulbo interſitam, ſtrictamque vinculis collocemus.*

4 *Althæam.*] Quid ſit חלמית neſcire ſe fatetur Maimonides. In codice tamen MS. quo utor, ad marginem recentiori manu notatur, וקיל אנה שלטמירה, *dicitur autem eſſe althæam.* Hoc ſequitur R. Tanchum, & Interpres Hebræus. Bertinorius Arabice כובואה i. e. خباري interpretatur, quod eſt *malva.* Hinc Muſaphias, & Cohen de Lara per metathefin ita dici exiſtimant pro מלחית. Quæri tamen poteſt annon חלמית planta ſit, quam Arabes etiam حلمة vocant, & quæ, Aſmaxo auctore,

 thore,

9. [1] Qui abdit rapa vel raphanos ſub vite, [2] ſi extent extrema folia, ne ſollicitus eſto de miſcellis, anno ſeptimo, & decimis; die Sabbathi etiam auferri poſſunt. Si quis granum triticeum & hordeacum una ferat, hæc ſunt miſcella. R. Juda miſcella eſſe negat, niſi cum duobus granis tritici ſit unum hordeaceum, vel cum uno triticeo duo hordeacea, vel triticeum, hordeaceum, & adoreum una.

CAP. II.

1. QUando ſato ineſt quadrans alius generis imminuetur. R. Joſes ſecerni vult, ſive unius ſit, ſive duum generum. R. Simeon non aliter dictum cenſet, quam ſi unius generis ſit. At Sapientes dicunt, Quodcunque alius generis eſt à ſato conflatur ad efficiendum quadrantem.

2. Quo ſenſu dicuntur iſta? de frumento cum frumento, & legumine cum legumine; de frumento cum legumine, & legumine cum frumento. Vere dixerunt; Semina hortenſia non edulia conflantur ad efficiendam [3] partem viceſimam quartam ejus quod cadit in agri ſatum. R. Simeon dicit, Quemadmodum dictum eſt illud, ut oneri addatur, ita etiam ut eidem [4] detrahatur. Linum cum frumento [5] conflatur ad efficiendam viceſimam quartam ejus quod cadit in agri ſatum. 3. Si

thore, eadem dicitur גֻּבְּתָא. Interim quod hic legitur de cucurbitæ ſemine plantæ חלטירת inſerendo, quo fructus ejus diutius percipiatur, egregiam plane lucem accipit ab Ægyptiæ gentis authore, Dolo Mendeſio, qui apud Columellam XI. 3. Edit. Pariſ. 403. quo fructus cucumeris etiam hieme perſiſtat, *præcipit aprico, & ſtercoroſo loco alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis conſitas habere, deinde eas confecto æquinoctio paululum infra terram ſecare, & ligneo ſtylo laxatis vel rubi, vel ferula medullis ſtercus immittere, atque ita ſemina cucumeris inſerere, qua ſcilicet incremento ſuo coeant rubis & ferulis. Nam ita non ſua, ſed quaſi materna radice aluntur: ſicque inſitam ſiccem frigoribus quoque cucumeris præbere fructum.*

1 *Qui abdit.*] Defodiens ut diutius ſervet. Hoc à ſatione alienum. Defodi adeo poſſunt miſcella, & anno ſeptimo quo omnis ſatio interdicta; & ita defoſſa à decimis, quæ de ſatis ſolvenda, immunia.

2 *Si extent.*] Si extent extrema folia, die ſabbathi auferri, vel eximi poſſunt. Ita hunc locum Interpretes.

3 *Partem viceſimam quartam &c.*] Et ſi partem efficiant viceſimam quartam, atque frumenti ſato immiſceantur, imminuenda ſunt. Nam cum ſemina hortenſia frumento multo minora ſint plerumque, minor multo eorum quantitas ſufficiet agri ſato obſerendo. Si ergo ſato frumenti inſit, non viceſima quarta pars ſati, ſive quadrans ſeminum hortenſium, ſed quantum ſufficit obſerendo בירת רובע *agro qui quadrantem* frumentacei ſeminis vel leguminum *capiat*, ſive parti viceſimæ quartæ agri ſati, imminutione ſuccurrendum eſt. Liceat autem mihi dicere *agri ſatum*, & *agri quadrantem*, pro בירת סאה & בירת רובע, dum intelligo iſtum arvi modum, qui frumenti ſatum vel quadrantem capiat.

4 *Detrahatur.*] In ſemine hortenſi majuſculo, cujus major quantitas requiritur ad agri ſatum obſerendum, quam tritici. Tale linum eſt, cujus tema ſata, ut Judæis placet, tritici uni æquipolleant, paremque agri modum obſerendo ſint. Columella autem circiter bis tantum lini, quantum tritici jugero contribuit. Ideo ſi frumenti ſato inſint tres quadrantes lini, qui agro quadrantis tritici capaci obſerendo ſufficiunt, tum demum imminutionis opus eſt.

5 *Conflatur.*] Ita codices maximo conſenſu legunt מצטרפת. Ita etiam legebant Interpretes quotquot vidi. Forſan rectius legeretur

3. Si is, cujus ager tritico ſatus, mutata ſententia eundem velit hordeo reſerere, moratus dum [1] prorumpat vertat, deinde reſerat. Si in herbam exiverit, ne dicat, reſeram, deinde vertam: veruntamen vertat, & deinde reſerat. In quantum autem arare tenetur? ad modum [2] ſulcorum pluvialium. Abba Saul dicit, eatenus ut non prætermittat quadrantem de agri ſato.

4. Si

tur מתמעטת, ut ſic ſonent verba. *Linum frumento permiſtum imminuitur ſi efficiat partem viceſimam quartam &c.*

1 *Prorumpat.*] Ita interpretor תתליע. Maimonides, יפסד *corrumpatur*, & יתעפן *computreſcat*. R. Nathan, התבואה כשזורעין אותה ימרקבת בתחלה ומתלעת ואחר כך צומחת *frumentum cum ſeritur, primo computreſcit & vermes creat, deinde egerminat.* Reſpiciunt ſignificatum vocis תולעת *vermis*. Sed hæc omnia meræ nugæ, ex craſſa linguæ Hebrææ inſcitia prognatæ. In anguſtiis, quibus hodie coercetur lingua iſta, ſuccurrit cognata Arabica; in qua تلع, & اتلع, voce, qua huic noſtro verbo reſpondet, & voce præterea quinta, تتلع, (quam Jauhario uſurpatam omiſit tamen Golius,) ſignificat, caput vel collum *extulit*, vel *protendit*, *capite promicuit*. Ita اتلعت الظبية de dorcade dicitur collum extra latibulum proferente, cum سمت بجيدها *collum extulerit*, ut notant Jauharius & Zamachſharius; cujus exemplum habemus in elegantiſſimo verſu Poetæ Dhu-'rrummæ,

كما اتلعت من تحت ارطاة رملة
الي ضبية الصوت الظبا الكواسس.

Ut colla exerunt ſubter ارطاة *arenarum fruticem ad vocis ſuſurrum latiſſimæ dorcades.* Eſt ergo اتلع *ſui partem exeruit, promicuit*: & תתליע *idem* Hebraice: de frumento nuper ſato, (ut hoc Miſnæ loco) *primum germinis rudimentum protrauſit.* Idem in frumento, quod in faba *nauſcit* Feſti. De eadem voce, ſed alio ſenſu ſumenda, vide quæ notamus ad Mid. II. 5. Interim germinis rudimentum primum erumpens vermiculum non male refert, ut ſi quis inde efficitum verbum contendat, modo ſenſum noſtrum admittat, non multum refragari debeam.

2 *Sulcorum pluvialium.*] Quid ſint תלמי הרביעה *ſulci pluviales*, ita docet Maimonides, ut parum mihi ſatisfaciat. Verba tamen apponam quis aliqua ſaltem ex parte ſententiam noſtram, quam infra ſubjicio, corroborant. Sic autem ille. למאי כלמנאה אין יקלב שארץ קאל אנה לא ילומה אין יקלבהא כלהא

4. Si

טם אמאם כט התי לא יבקי מנהא קליל ולא כתיר אלא וקד אקלב ואנמא יחרתהא מתל מא הקלב כבל אלמטר לינזל אלמטר פיהא ויגרי פי עמקהא ודלך אקלאב כפיף ליס באלמתקצי *Quandoquidem cogendus eſt terram vertere, illud additur, non obligari unam ſubigere contiguis plane ſulcis, ut ita nec parum nec multum ſuperſit non ſubactum; teneri autem eo modo ſubigere, quo ſubigi ſolet ante pluvias, ut cadens pluvia penitus in eam penetret; quod fit lapſi ſulce, nec eo quidem in altum acto.* Contra R. Samſon, quem exſcribit Bertinorius: כתלמים שדרך בני אדם לחרוש אחר שתרד הרביעה שחורשין עוד תלמים גדולים *Quales ſunt illi ſulci, quos ducere ſolent homines poſt pluviam, quam hactenus ampliores ſulcos agunt.* Sed hæc, ut dixi, mihi minime ſatisfaciunt. Ego hoc in Miſna indicari puto; in arratione hac, vel inarratione, de qua agit, non requiri crebros & contiguos ſulcos, nullo interveniente ſcamno, ut in juſta aratione; ſed rariores, quales adhibere ſolent ad aquam pluviam per collicias in foſſas derivandam. Sunt enim, ut ego arbitror, תלמי הרביעה iſtiuſmodi ſulci, quos Feſtus *porcos* appellari docet. *Porca appellantur rari ſulci, qui ducuntur aquæ derivandæ gratia. Dicti quod porcent, id eſt prohibent aquam frumentis nocere. Nam crebriores ſulciſimi vocantur.* Hæc ille, non ſatis ex mente meliorum autorum Varronis & Columellæ. Certe rariorem duntaxat ſulcum requiri rebantur Magiſtri illi, quorum hæc laudatur ſententia in Gemara Hieroſolymitana. מכיון שנתן דעתו לחרוש אפילו לא רצף. *Cum ſemel in animum induxerit arare, quicunque non conſtinen es ſulcos egerit.* Abba Saul ibidem אין מחייבין אותו להיות חורש רק אלא כתלמי הרביעה *Non cogendus minutim arare, ſed ad modum duntaxat ſulcorum pluvialium.* Qualis autem aratio in arrando requiratur vel maxime intelligas ex illis Rabban Simeonis Gamalielis filii, quæ habentur in eadem Gemara. רשבגי אומר זנב הסוס היתרה נקראת כדי שונא סוף עפרה של זו נוגע בזו וסוף עפרה של זו נוגע בזו *Rabban Simeon Gamalielis filius hoc dicitionis genus caudam equinam dici aſſerit, cum extremitas moti caſpitis unius verſus alterum tangit, & extremitas moti caſpitis alterius verſus iterum alium.* Undulantem ſulcorum continuationem interjectis cuneatis ſcamnis deſcribit, quam non alia melius figura repræſentare poſſum, quam Græcorum elemento Σ.

4. Si arvum mutata ſententia arboribus conſerere velit, ne dicat, conſeram, deinde vertam: verum vertens prius deinde conſerat. Si arbuſtum mutata ſententia in arvum reducere velit, ne dicat, conſeram, deinde extirpabo: verum extirpans prius deinde conſerat. Si ita libet, ſuccidens infra altitudinem palmarem ſerito, deinde extirpato.

5. Si cujuſquam ager ſatus ſit [1] cannabo vel aro, ne ſerat denuo ſuperne, [2] utcunque non fructum faciant niſi demum poſt triennium. Si inter frumentum enaſcatur iſatis reſtibilis; atque ita ſi in arearum ſolo prodeant diverſæ ſpecies; & ſi [3] fœno Græco variæ herbæ internaſcantur, non cogunt eruncare. Si eruncaverit, vel ſuccideriit, jubent totum extirpare præter ſpeciem unam.

6. Qui agrum ſuum velit diſtinguere in longiores areolas ſingulas ſingularum ſpecierum, Sammæani cenſent interponere ternos [4] ſulcos proſciſſionis. Hillelæi latum jugum Saronenſe. Atque horum ſententia ad illorum ſententiam proxime accedit.

7. Si [5] vertex acuminatus arvi triticei in hordeaceum incurrat licitum

Vetus Toſaphta, unde hæc in Gemaram tranſlata ſunt, in tribus, quas vidi, editionibus mendoſiſſime אין מחייבין אותו להיות חריש דק אלא חורש חריש גס׳ בתלמי הרביעה רבן שמעון אומר זנב הסוס היתה נקרית סוף עפרה של זו נוגע בעפרה: Ea ſic refinge אין מחייבין אותו להיות חריש דק אלא חורש חריש גס׳ כתלמי הרביעה: רבן שמעון אומר זנב הסוס היתה נקרית סוף עפרה של זו נוגע בזו וסוף עפרה של זו נוגע בזו *Non cogendus eſt minutim arare; verum rudiorem ſulcum ducat, quales ſunt ſulci pluviales. Rabban Simeon dicit,* Cauda equina *dicebatur, cum &c.* ut ſupra.

1 *Cannabo.*] Ita impreſſi omnes קנבוס. R. Jomtobus ad editionem ſuam Cracoviæ adornatam notat à nonnullis hic legi קרכום, quod & ipſe probat. Ni fallor, *crocum* ita intelligit. Sed *crocus* non dicitur קרכום, ſed כרכום. MS habet קרבם, uti etiam Maimonides in commentario, ubi Arabice exponit אלכרויה. R. Tanchum, qui Maimonidis ſequitur tum lectionem, tum interpretationem, habet כראויה. Arabum medici كراويا & كروبا ponunt pro Græcorum κάρφος, vel κάρφον, ut conſtat ex Jazlaide, Beitaride, Ebn-al-Cabario, & luculentiſſime ex Serapione. Verum קרבם ſono propius accedit ad *carbaſum*, vel *carpeſium* veterum.

2 *Utcunque.*] Ita MS, אף על פי שאינן. Impreſſi illa אף על פי non agnoſcunt, ut vertendum foret, *quia non fructum faciunt.*

3 *Fœno Græco.*] Vox תלתן ex Græco τήλις, ſed ex caſu obliquo, ut fieri amat.

4 *Sulcos proſciſſionis.*] Nugatur plane Maimonides ad hunc locum, dum ſic commentatur. ארץ אדמה אבתלת חנשך שקאת מתסערה תחסמי כל שקה סנהא תלם של פתיח מענאה חפיר אנפתאח לארץ i. e. *Terra cum permaduit, amplis dehiſcit rimis, qua ſingula rima dicuntur ſulci* של פתיח, i. e. *foſſionis, vel apertionis terra.* Ego תלמי של פתיח expono *ſulcos proſciſſionis*, Eſaiæ loco fretus; יפתח וישדד, אדמתו, *proſcindet & offringet humum ſuam?* Eſai. XXVIII. 24. nam פתח & שדד ita opponi videntur, ut Latina *proſcindere* & *offringere.* Varro de Re Ruſtica I. 32. *Cum proſcideris, offringi oportet, id eſt iterare, ut frangantur glebæ; prima enim aratione grandes glebæ ex terra ſcinduntur.* Proſciſſio latiori ſulco grandes excitat glebas, vaſtoſque cæſpites convellit, quos iteratio crebriori ſulco offringit & comminuit. Vide eundem Varronem I. 29. Interim ſcio in veteri Toſaphta pro שלשה תלמים של פתיח poni שלשת תלמין מפולשין מראש שדה ועד סופו, *tres ſulces per totum agrum tranſeuntes ab uno fine ad alterum.*

5 *Vertex acuminatus.*] Maimonides. תור אסם שכרן שדי יגעלן שנסא פי אראנהן תורי זהב נעשה לך וכוי ושכלה שכל מתלת הכרא ∇ פלולך יסמון תחריר שואויה מן כל שכל ראש תור *Inauris, quam fœmina auribus appendunt, dicitur* תור, ut (Cant. I. 11.) Inaures aureas faciemus tibi &c. *Figura autem ejus triangularis eſt, ad hunc modum* ∇. *Ideo vocant anguli acumen cujuſcunque figuræ* ראש תור. Nemo non videt quam inſulſa, & ridicula plane ſint hæc; & tamen Bertinorius melioribus deſtitu-

citum eſt, quia ut agri finis apparet. Si cujuſquam ager tritico ſatus ſit, alterius autem alio ſemine, ei fas eſt juxta ſerere eandem ſeminis ſpeciem. Si illius tritico, alterius itidem tritico ſatus ſit, fas eſt ſulcum unum lini ei adjungere, non autem ſulcum alius cujuſquam ſpeciei. R. Simeon parem rationem eſſe cenſet lini & alius cujuſlibet ſpeciei. R. Joſes licitum cenſet: vel in medio agro [1] experimentum facere uno lini ſulco.

8. Agro frumentario non juxta ponitur ſinapi, vel [2] cnicus: agro autem oleribus conſito juxta ponitur ſinapi, vel cnicus. Juxta ponitur terræ rudi, novali, portæ, ſepi altæ palmos denos, foſſæ denos altæ, latæ quaternos, arbori in terram repandæ, & rupi denos altæ, latæ quaternos.

9. Qui velit agrum teſſellatum facere ex generibus diverſis, agri ſatum in vicena quaterna quadra diſpertiat, quadrantum ſingula; & inibi ſerat quas ſpecies voluerit. Si quadrum unum, vel duo ibi fuerint, ſinapi obſerat; non vero terna; quia ſic ager videbitur ſinapi conſitus. Ita R. Meir. At Sapientes [3] novena quadra licita cenſent,

deſtitutus Maimonidem deſcribere contentus eſt. Recte meo judicio Benjamin Muſaphias חור vocem Græcam ſtatuit, quæ ſignificet חד ונוכח לפנים *acutum & penetrans*. i. e. πρός. Autor Miſnæ pro ſuperficie, vel ſolido, in acumen angulumve deſinente uſurpat. Pro ſuperficie hic. Pro ſolido Chel. XVIII. 2. ubi agitur de κεράμῳ κρόμυον, ſive fornicatæ ſcrinii teſtudinis dimenſione capienda. כיצד מודדין אותו ראש תור *Quomodo eam metiuntur? metiuntur* ראש תור. i. e. non totum fornicem, ſed conum duntaxat, vel pyramidem, (prout fornix fuerit rotundus, vel anguloſus,) à ſolo fornicis tanquam à baſi in ſummum ejuſdem tholum vel umbilicum erectum: i. e. pyramidem vel conum fornici inſcriptum.

1 *Experimentum facere.*] An ager lino idoneus ſit, necne.

2 *Cnicum.*] Bertinorio חריע eſt כרכום יערי ולוקורין לו בערבי אלקורטום *crocus ſylveſtris*, *quem Arabice vocant* قرطم, *carthamum*. Non uſquequaque male; nam & cnicum, ſive carthamum nonnulli crocum vocant. Et ipſe Dioſcorides de cnico, ἄνθῳ κρόκῳ ὅμοιον. Hinc Buxtorfius *crocum ſylveſtrem* interpretatur. Quæ autem apud eum ſequuntur, ſua ſunt, & nugaciſſima. *Præcedit eam*, inquit, *vox* חלות, *qua vicina eſt Græco* κάλθη, *Caltha*; *herba floris croceï*. Quid ſit חלות חריע Oketz. III. 5. ad quem locum reſpicit, ſtatim dicam. Interim in Talmude Hieroſolymitano quæritur, מהו חריע, *quid eſt* חריע? reſpondetur מוריקא. Utrumque agnoſcunt Arabes. Maimonides חריע eſſe vult Arabum عصفر: rectiſſime. Eſt enim عصفر Arabibus idem quod Græcis κνίκος, cujus ſemen appellant قرطم *carthamum*. Jam Ebn Jazla notat عصفر dici etiam اخريض, & بقم, & بهرمان, & بهرم, & دقن, & خريع, quod ad rem noſtram facit, مريق, & מוריקא Talmudis Hieroſolymitani, & Miſnæ חריע. Eadem fere ex Abu-Hanifa Beitarides. Utrumque ergo חריע & מוריקא *cnicum* eſt. Sed cum hac forſan differentia, quod מוריקא ſtricte ſumtum, ſit ſemen חריע, ſive cnici. Certe in margine codicis, quo utor, Ebn Jazlæ, ſic annotatum reperi, في كتب اللغة مريق هو حب العصفر, *In libris gloſſarum* مريق *eſt ſemen cnici*. Ratum ergo eſto, חריע cnicum eſſe. Jam vero חלות חריע, quorum mentio Oketz. III. 5. ſunt κραδάμια iſta, ſive offulæ, vel trochiſci ex cnico parari, & ante cœnam ſumi ſolita, quorum meminit Dioſcorides. Hæc eadem κνηκοπύρους ἀδὰς vocare videtur Sopater in Πόλλης fabula, Athen. XIV. 17. τὰς δ' ἀναβάθμους μήκωνος ὄψει κράπλας, ἢ κνηκοπύρους ἡδονὰς τραγημάτων ἐωίκειν;

3 *Novena quadra.*] Quadrantum ſingula paribus intervallis ab invicem diſtantia; ut ita ſpatium inter novena quadra, quindenis reliquis, quæ ſatum efficiunt, ex omni parte æquale, incultum relinquatur. Sic autem intervalla mi-

cenſent, dena illicita. R. Eliezer Jacobi filius dicit, Si vel cori capax ſit ager, in eo non fiet pluſquam unum quadrum.

10. Quodcunque complectitur ſoli [1] quadrans, [2] menſuræ ejuſdem accenſetur. Expanſio ſtirpium vitis, ſepulchrum, & rupes accenſentur menſuræ quadrantis. Inter duo frumenti genera intervallum eſto [3] quadrantis; inter duo olerum genera palmorum ſenum. Inter frumentum & olus, ſive olus & frumentum quadrantis. R. Eliezer mavult palmorum ſenum.

11. Si frumentum reclinatum ſit ſuper frumentum, vel olus ſuper olus, vel frumentum ſuper olus, vel olus ſuper frumentum, omni modo licitum eſt excepta [4] cucurbita Græca. R. Meir excipit præterea cucumeres & fabam Ægyptiam. Ego autem amplector eorum ſententiam.

CAP. III.

1. IN areola quadrata palmorum ſenum quina ſerunt ſemina, [5] quaterna ad quatuor cardines, & unum in medio. Si limbo cincta ſit palmaris altitudinis, in ea ſerunt terna dena; [6] terna in unoquoque limbo, & unum in medio. In limbo autem non depangetur rapi radix, quia eum implet. R. Juda dicit, [7] in medio ſena.

2. Nullæ [8] ſpecies ſeminum ſeruntur in areola; omnes ſpecies oleraceæ ſeruntur in areola. Sinapi & cicer læve ſpecies ſeminum ſunt:

nora paulo erunt, quam requirit ſequens paragraphus, ut conſtet hæc παχυμερεστερον ſumi debere.

1 *Quadrans.*] Intervallum inter diverſi generis ſata relinquendum.

2 *Menſuræ ejuſdem accenſetur.*] Nec requiritur intervallum quadrantis illo excluſo.

3 *Quadrantis.*] Cubitorum denum cum quinta quam proxime, qui numerus quam proxime radix quadrata eſt cubitorum quos complectitur ſoli quadrans. Alii denum cum ſemi.

4 *Cucurbita Græca.*] Quæ latius ſerpit.

5 *Quaterna ad quatuor cardines.*] Vel ad latora, ut exprimitur fig. 1. vel ad angulos, ut fig. 2.

6 *Terna in unoquoque &c.*] Vide fig. 3.

7 *In medio ſena.*] Ut figura 4.

8 *Species ſeminum.*] Ut intelligas quomodo Judæi diſpeſcant univerſa ſeminum genera, apponam verba Maimonidis ex Hal. Chil. I. הזרעונים נחלקים לשלשה &c. *Semina trifariam dividuntur. Primum genus dicitur frumentum, quod quinque complectitur ſpecies, triticum, far adoreum, ordeum, ſpicam vulpis, & ſiphonem. Secundum legumina, complectens omnia ſemina, quæ homini in eſcam cedunt, excepto frumento, qualia ſunt faba, cicer, lens, milium, oryza, ſeſama, papaver, piſum, & ſimilia. Tertium comprehendit ſemina hortenſia, quomodo vocantur reliqua ſemina eſca hominis inepta; quorum tamen ſeminum fructus homini in eſcam cedit. Talia ſunt ſemen capa, allii, porri, nigellæ, rapi, & ſimilium. Semen lini etiam ſeminibus hortenſibus accenſetur. Hæc cum ſata egerminant, germen, priuſquam oſtendat ſe ſemen, vocatur herba, & olus. Sunt autem ſeminum horum hortenſium quædam, quibus integros agros ſolent ſerere, ut linum & ſinapi; atque hæc dicuntur* מיני זרעים *ſpecies ſeminum: alia, quibus aredas duntaxat parvas ſolem obſerere, qualia ſunt raphanus, raphanus, blita, capa, coriandrum, apium, pieris, & his ſimilia, qua vocantur* מיני ירקות *ſpecies oleracea.*

1 *Ma-*

ſunt: cicer [1] majuſculum ſpecies oleris. Limbus qui altitudinis palmaris fuit, etiam cum imminuitur, legitimus habetur, quia ab initio legitimus fuit. In ſulco, vel canali aquæ altitudinis palmaris terna ſerunt ſemina; [2] unum hinc, alterum inde, alium in medio.

3. Si vertex acuminatus olere conſitus incurrat in alium agrum olere conſitum licet, quia videtur tanquam agri finis. Si is, cujus ager olere ſatus, intra eum velit ordinem depangere oleris alius generis, R. Iſmael *illicitum* ducit, niſi ſulcus agrum pertranſeat à capite ad calcem. R. Akiba ſulcum requirit longum palmos ſenos, latum tantundem. R. Juda latum quantum lata eſt planta pedis.

4. Si pangat quis binos ordines cucumerum, binos cucurbitarum, binos etiam fabæ Ægyptiæ licet: cucumerum, cucurbitarum, & fabæ Ægyptiæ ſingulos non licet. Unum cucumerum, unum cucurbitarum, unum fabæ Ægyptiæ, deinde unum cucumerum, R. Eliezer permittit: ſed Sapientes vetant.

5. Depangere licet cucumerem & cucurbitam in eodem ſcrobe, ita tamen ut hæc in hanc partem, ille in alteram reclinatus ſit. [3 Flectantur autem frondes hujus in hanc partem, illius in alteram: quia quicquid interdictum eſt à Sapientibus, non aliam ob rationem decretum eſt, quam [4] propter ſpeciem externam.]

6. Si is, cujus ager cæpis conſitus, in eodem velit cucurbitarum ordines depangere, R. Iſmael cenſet extirpare binos ordines, atque unum depangere, deinde binis ordinibus ſtantes cæpas ſinere, alteros binos ordines extirpare, & unum depangere. R. Akiba cenſet pro binis ordinibus extirpatis binos depangere, binis ſtantes cæpas ſinere, deinde pro alteris binis extirpatis binos depangere. Sapientes dicunt, Niſi inter binos ordines [5] duodeni interſint cubiti ſata intermedia adoleſcere ne ſinuntor.

7. Cucurbita cum olere ſequitur [6] conditionem oleris: ſi cum frumento ſit, relinquitur intervallum quadrantis. Si is, cujus ager frumento ſatus, in eodem velit depangere ordinem cucurbitarum, [1] cultus

1 *Majuſculum.*] Cicerum genus אפונים גמלונין dictorum, quaſi dicas *camelinorum*. Ita ſolent quicquid ſui genere magnitudine pollet גמלון dicere à גמל *camelo*, ut Græci præfigere ſolent βῦ à bove, in βύτυρος & ſimilibus. Sic alibi חפושיתא גמלוניתא eſt *fearabæus camelinus*, i. e. *vegrandis*. Fieri tamen poteſt, ut ciceris ſpecies à loco dicatur אפונים גמלונים *cicer Gamalenſe*.

2 *Unum hinc.*] In margine.

3 *Flectantur &c.*] Uncis incluſa abſunt à MS. Abeſſe etiam à nonnullis codicibus notatum eſt in Miſnæ editionibus utriſque Amſtelodamenſibus, & in Cracovienſi Jomtobi. Videntur certe ex gloſſemate profluxiſſe.

4 *Propter ſpeciem externam.*] Ne ager eminus appareat miſcellis conſitus.

5 *Duodeni interſint cubiti.*] Octoni ſatorum intermediorum, & bini vacui relicti utrinque inter ſata intermedia & ordines ſingulares de novo utrinque depactos. Singulis enim ordinibus quaternos tribuunt cubitos. Adeoque ſi novus ordo medium occupat locum binorum extirpatorum, bini utrinque vacui relinquentur cubiti.

6 *Conditionem oleris.*] Ut inter ea relinquatur intervallum palmorum ſenum.

[1] cultus ſuus ei aſſignatur palmorum ſenum; & ſi latius ſerpat, adverſum extirpandum eſt *frumentum*. R. Joſes tribuendum ei cenſet cultum ſuum cubitorum quatuor. Ei dictum eſt; Nunquid ergo gravior eſt hujus conditio quam vitis? Imo, regeſſit ille; reperimus graviorem hujus conditionem quam vitis: viti enim ſingulari tribuitur cultus ſuus palmorum ſenum; cucurbitæ ſingulari tribuitur quadrantis ſpatium. R. Meir nomine R. Iſmaelis refert; Ubi ternæ cucurbitæ occupant agri ſatum, in illud agri ſatum non inferetur ſemen. R. Joſes ben Hachoteph Ephrathita nomine R. Iſmaelis ſic refert; Ubi ternæ cucurbitæ occupant agrum qui corum capit, non inferetur ſemen in agrum iſtum cori capacem.

CAP. IV.

1. [2] CAlvitium vineæ ſecundum Sammæanos [3] debet eſſe cubitorum viginti quatuor; ſecundum Hillelæos ſedecim. Præcinctus vineæ ſecundum Sammæanos ſedecim cubitorum eſſe debet; ſecundum Hillelæos duodecim. Quodnam autem eſt calvitium vineæ? Locus in medio vitibus vacuus. Is ſi minor ſit ſedecim cubitis, eo non inferetur ſemen. Si ſedecim cubitorum ſit, [4] cultus ſuus vineæ tribuitur, reliquum occupant ſata.

2. Quinam dicitur vineæ præcinctus? Spatium inter vites & maceriam. Id ſi minus ſit cubitis duodecim, eo non inferetur ſemen. Si duodecim cubitorum ſit, cultus ſuus vineæ datur, reliquum occupant ſata.

3. R. Juda hoc non alio quam maceriæ vineæ deputandum cenſet. Quinam ergo dicitur præcinctus vineæ? Spatium inter binas vineas. [5] Quænam eſt maceria? denos palmos alta. Foſſa? denos alta, quaternos lata.

4. Septum cannarum, ſi non interſit inter binas cannas ſpatium trium palmorum, ita ut ſubingredi poſſit hœdus, [6] pro ſepto habetur. Si maceria effracta ſit per ſpatium decem cubitorum, id portæ inſtar habetur; ultra iſtam menſuram, ex adverſo effractæ partis [7] illicitum eſt. Cum variis locis effracta eſt, ſi pars conſiſtens effracta major

1 *Cultus ſuus.*] Ita ſpatium circumquaque relinquendum vocant עבורה *cultum*.

2 *Calvitium.*] Phraſis Columellæ nota; nec Catoni Plinioque incognita.

3 *Debet eſſe.*] Ut liceat illuc ſemen inferre.

4 *Cultus ſuus.*] Cubitorum circumcirca quaternorum.

5 *Quanam eſt maceria?*] Id eſt, quænam eſt illa maceria, quæ legitime dirimat inter agros binos, ut ita liceat ab hac parte vineam conſerere, ab altera arvum facere. Pariter de foſſa.

6 *Pro ſepto habetur.*] Et licet ab hac parte vineam, ab altera arvum ponere.

7 *Illicitum eſt.*] Arvum facere è regione vineæ, niſi relinquatur intercapedo cubitorum quatuor, quot cultui vineæ aſſignantur.

1 *Vineam*

major ſit, licet; ſin effracta ſtante major, ex adverſo partis effractæ non licet.

5. Ubi conſitus eſt ordo quinque vitium, Sammæani dicunt [1] vineam eſſe. Hillelæi vineam eſſe negant, niſi duo ſint ordines. Hanc ob rationem ſi quis ſatis occupet [2] cubitos quaternos vineæ, Sammæani cenſent unum duntaxat ordinem [3] ſacrum feciſſe, Hillelæi duos.

6. Si quis binas vites depangat adverſus binas, atque aliam [4] in caudam abeuntem, vinea eſt. Binas adverſus binas, atque aliam [5] inter binas; vel binas adverſus binas atque aliam [6] in medio, non eſt vinea, niſi depangantur binæ adverſus binas, atque alia in caudam abiens.

7. Si quis depangat ordinem unum in ſuo, alterum in vicini agro, intercurrente via privata, vel publica, vel maceria denis palmis depreſſiori, [7] conflantur: altiori denis palmis non conflantur. Si opere pergulano ſuperne conjunxerit, R. Juda conflari cenſet.

8. Qui poſuerit binos ordines, niſi interſint [8] octo cubiti, ſemen illuc non inferet. Ternos, niſi inter unumquemque ordinem & alium ſedecim interſint cubiti, ſemen illuc non inferet. R. Eliezer Jacobi filius refert nomine [9] Haninæ Hacinæi filii; Si vel medius ordo exoleverit, niſi inter reliquos binos interſint ſedecim cubiti, illuc non inferetur ſemen; quod tamen, ſi ab initio ita fuerint poſiti, licitum foret vel in octo cubitorum intervallo.

9. Si quis vineam diſpoſuerit per cubitos ſenos denos, licet ibi ſemen inferre. Refert R. Juda caſum de quodam [10] Salamine, qui vineam

1 *Vineam eſſe.*] Ut ita cultus ei aſſignetur cubitorum quatuor. Hillelæi, qui vineam eſſe negant, cultum ſenum palmorum ſufficere arbitrantur, quantus datur viti ſingulari.

2 *Cubitos quaternos.*] Pro cultu relictos.

3 *Sacrum feciſſe.*] Juxta legem Deut. XXII. 9.

4 *In caudam.*] Maimonides, ut ſitum exprimat, apponit hanc figuram

o o
o
o o

Bertinorius, (melius ut mihi videtur) ſic ſitas ſupponit, ut hac exprimitur figura

o o o
o o

5 *Inter binas.*] Sic

o o o
o o

6 *In medio.*] Sic

o o
o
o o

7 *Conflantur.*] Atque unam efficiunt vineam.

8 *Octo cubiti.*] Pugnant hæc manifeſto cum ſuperiori paragrapho, niſi ordines intelligas binarum vitium abſque cauda. Ita Judæi Interpretes; ſed violenter.

9 *Hanina.*] Ita plerumque ſcribitur חנינה. Subinde etiam, uti in Jomtobi commentario ad locum, חנניא: i. e. *Ananiæ.*

10 *Salamine.*] Editi plerique צלמון habent. Ita etiam Gemara Baba bath. 82. *b.* Montis illius nominis mentio eſt, Jud. IX. 48. Pſ. LXVIII. 15. Sed MS. Talmud Hieroſolymitanum, Maimonides, RR. Samſon, & Obadias in commentariis צלמין. Eadem lectionis diſcrepantia in eodem nomine Yebam. XVI. 6. ut merito præhabeam lectionem צלמין. Salamis Cypria ſatis nota. Nota etiam Judæorum frequentia in Cypro ante cladem iſtam Artemione Judæorum duce ſub Trajano inſulanis illatam. An hæc ergo צלמין noſtra? certe ita mihi videtur. Interdictum enim de miſcellis in vinea non ſerendis utcunque ex iis ſit, quæ vocantur מצות תלויות בארץ *Præcepta à terra Iſraelitica pendentia*, quæ extra terram non obligant, tamen exceptio eſt de fructu novellæ arboris & miſcellis vineæ,

vineam conſeruit relictis interordiniis cubitorum ſedecim. Flectens autem frondem binorum ordinum ad eandem partem, [1] novale obſerebat: alio deinde anno fronde ſata verſus revocata obſerebat requietum. Re ad Sapientes delata id licitum habuere. RR. Meir, & Simeon dicunt; Etiam ſi quis inter octonos cubitos vineam conſtituat, idem licet.

CAP. V.

1. VInea quæ exolevit, ſi in ea ſeligere eſt denas vites in agri ſato, poſitas ut poſtulat Conſuetudo, dicitur utique [2] vinea rareſcens. Vinea extra ordinem conſita, ſi in ea deſtinare eſt binas ex adverſo trium, pro vinea habetur: ſin minus, non eſt vinea. R. Meir aſſeverat vineam eſſe, quandoquidem cernitur vinearum forma.

2. Vinea quæ conſita eſt interordiniis quatuor cubitis minoribus, pro vinea non habetur, ut cenſet R. Simeon. Sapientes vineam eſſe volunt, alternos autem ordines eo loco haberi, ac ſi non forent.

3. [3] Foſſa per vineam tranſiens, denos *palmos* alta, lata quaternos, R. Eliezer Jacobi filius ait, ſi totam à capite ad calcem permeet, eo loco habetur ac ſi eſſet inter binas vineas, atque ſeritur in fundo. Sin vero, ut lacus torcularis habetur. Lacum autem vineæ, denos altum, latum quaternos, R. Eliezer in fundo ſeri poſſe arbitratur. Sapientes vetant. In ſpecula vineæ, denos alta, lata quaternos, ſeritur. Si autem frondes ſuperne collidantur, non licet.

4. Viti in lacum vel ſcrobem depactæ aſſignato cultu ſuo reliquum obſeritur. R. Joſes dicit, Niſi ſpatium ſit cubitorum quatuor, non illuc inferetur ſemen. Intra domum in vinea ſitam ſeritur.

5. Qui

quorum interdictum etiam extra terram Iſraelis obligat, non obſtante quod à terra penduat, ut expreſſe cautum eſt Kidd. l. 9. Lightfootius Decade Chorographica in Marcum cap. V. ſect. 2. וּמְגַלְגֵּל legit, & omnem lapidem movet, ut inde efficiat Marci Δαλμανουθά, ſed fruſtra. Miſnam autem noſtram ita vertit. *Hiſtoria eſt in* Zalmon *de homine quodam, qui plantavit vineam ſuam ſedecim & ſedecim cubitis, & poſtea duorum ordinum vitium, ventit jam ab hac latere, & ramo inſequenti ab alio, & aravit utrobique. Et adhuſtia eſt cauſa eorum ſapientibus, atque illi approbarunt.* Vix quicquam, quod tolerare poſſis. Illud vero pueriliter, quod עֲקִיפָה pavam vertat. Non ille aliis punctis animata *ovium*, & inde *frondem* devocat; quo ſenſu hic, & aliis locis occurrit. Vel hinc æſtimare potes operis noſtri difficultatem, cum in loco certe non difficillimo vir his literis plane deditus, iiſque, omnium conſenſu, conſummatiſſimus, tam nihil viderit.

1 *Novale.*] Inter binos ordines, quorum frondes alterinſecus revocatæ,

2 *Vinea rareſcens.*] Ut pro vinea etiamnum habeatur, & cultus vineæ ei aſſignetur.

3 *Foſſa.*] Lightfootius חריץ hoc loco, quod *foſſam* jure vertimus, confert cum ὀρυγμῷ, Horis ad Marc. XII. 1. parum conſiderate. Quis enim unquam audivit vel ſando de ὀρυγμῷ per totam vineam tranſeurrente? Quod ſequitur גת ὀρυγμίου eſt, vel *torcularis* lacus. Idem שומרת cum σκέγγι ibidem confert, quod equidem laudo.

1 *Qua-*

5. Qui olus in vinea pangit, vel adoleſcere ſinit, is ſacras facit vites [1] quadragenas quinas. Ecquando? quum poſitæ ſint ad *cubitos* quaternos, vel quinos. Sin poſitæ ſint ad ſenos, vel ſeptenos, ſacras facit quotcunque ſunt intra cubitos quaquaverſum ſenos denos, in orbem, non autem in quadrum.

6. Ut is, qui videt olus in vinea enatum, dicat, cum illuc accedero avellam, licet. Cum rediero avellam, ſi interea parte ducenteſima auctius fiat, non licet.

7. Si tranſeunti cuipiam per vineam exciderit ſemen; vel ſi evectum fuerit cum ſtercore, vel cum aqua; item ſi inter ſerendum ſemen [2] in poſteriora agitaverit procella, [3] licet. Sin in anteriora agitaverit procella, R. Akibæ placet, dum in herba eſt aratro verti; ſi ſpicam fecerit diſſipari; ſi frumentum maturuerit uſtulari.

8. Si quis ſpinas in vinea adoleſcere ſinat, R. Eliezer ſacraſſe arbitratur. Sapientes ſacraſſe non exiſtimant, niſi res talis fuerit, qualem ſinere ſolent homines. Iris, hedera, lilium regium, & univerſæ ſpecies ſeminum non habentur diverſi generis a vinea. Cannabis, R. Tarphon dicit, diverſi generis non habetur. Sapientes diverſi generis cenſeri exiſtimant. Cinara diverſi generis eſt a vinea.

CAP. VI.

1. QUid eſt pergula? Ubi [4] ponitur ordo quinque vitium ad maceriam altam denos palmos, vel ad foſſam denos altam, latam quaternos, tribuunt ei cultum ſuum cubitorum quatuor. Sammæani quatuor cubitos à radicibus vitium in agrum emetiendos cenſent: Hillelæi à maceria in agrum emetiendos volunt. R. Johannes Nurii filius errare eos exiſtimat, quicunque ita referunt: verum ſi intervallum ſit quatuor cubitorum inter vitium radices & maceriam, [5] cultum ſuum eis tribuendum, reliquum ſemine obſerendum. Quantus autem eſt cultus vitis? palmorum ſenum quaquaverſus. R. Akiba cenſet palmorum trium.

2. Pergula ex aggere promiſſa, R. Eliezer Jacobi filius dicit, ſi is, qui

1 *Quadragenas quinas.*] Quot nimirum claudantur orbita circuli, quæ ab olere tanquam à centro ducta, paulum citra angulos cadit quadrati ſeptenis ſeptenarum vitium ſingulis ordinibus conſiti. Vide fig. 5. Maimonides ad hunc locum plane arguitur.

2 *In poſteriora.*] In vineam pone eum qui ſemen in arvum ſpargit.

3 *Licet.*] Sinere ut adoleſcat, atque ita fructum percipere.

4 *Ponitur.*] Subintellige, *& pergula erigitur.*

5 *Cultum ſuum.*] Palmorum ſenum, tanquam in vite ſingulari. Neque enim pro vinea habendum cenſet ordinem unicum, utcunque pergula ita ad maceriam erectum. Reliquum ergo interſtitium inter radices & maceriam ſatis occupari poſſe cenſet.

qui in terra ſtat, totam vindemiare poteſt, ſationi illicitos reddit quatuor cubitos in agrum: ſin minus, non aliud illicitum reddit, quam quantum ei ſubeſt. R. Eliezer addit; Etiam ubi depangitur *ordo* unus in terra, alius in aggere, ſi is denis palmis terra editior ſit, hic cum illo non conflatur: ſin minus, hic & ille [1] conflantur.

3. Qui vitem ſuſpenderit ſuper partem alteram [2] exoletorum ramalium, is non invehet ſemen ſubter reliquam partem. Sin vero invexerit, non ita ſacraſſe cenſetur. Attamen ſi prorepſerit materies, illicitum fit. Pariter ſi quis vitem attollat ſuper partem aliquam arboris infelicis.

4. Si quis vitem ſuſpenderit ſuper partem aliquam arboris eſculentæ, ſubter partem reliquam ſemen invehere licet: & ſi prorepat materia, revocabit. Caſus. Profectus eſt R. Joſua Capharazizum ad R. Iſmaelem. Ille oſtendit ei vitem ſuper partem ficus ſuſpenſam, & percontatus eſt; nunquid licet mihi ſubter reliquam partem ſemen inferre. Reſpondit ei licitum eſſe. Inde aſſumſit eum ſecum Bethmaganiam, eique oſtendit vitem ſuſpenſam ſuper partem trabis; trabs autem illa fuit truncus ſycomori, cui plurimæ trabes infixæ. Dixit ei ſub trabe iſta illicitum eſſe, ſub reliquis licitum.

5. Quænam eſt arbor infelix? quæcunque fructum non fert. R. Meir univerſas infelicibus accenſeri arbitratur præter oleam & ficum. Quibuſcunque conſeri non ſolent integri agri, eas omnes R. Joſes infelicibus deputari vult.

6. Interciſiva pergulæ ſunt octo cubitorum & amplius. In univerſis autem menſuris, quas de vinea tradiderunt Sapientes, non obtinet illud, *& amplius*, præterquam in pergulæ interciſivis. Hæc autem ſunt interciſiva pergulæ, cum pergula media ſui parte abolefcit vitibus quinis utrinque remanentibus. Si intercapedo iſta octo cubi-

1 *Conflamur.*] Adeoque vineam efficiunt.

2 *Exoletorum ramalium.*] Nihil falſius quam Maimonidis interpretatio vocis אפיפיירות. Sunt, ut illi videtur, הי שנסיגאת שתי תעמל מן שקצב ומן שעור לתמתר עליהא שלעראיש *opera plexa ex arundine, vel ligno, ut ſuper ea explicentur vites pergulana.* Et ad Chel. XVII. 3. שתערישאת שתי תנסנ מן שקצב שכרת שנאך לתמתר עליהא אנאזאן שכרמארת כמא בינא פי כלאים ואסמה שמשהור במצר שמכעב *Opera ex arundine plexa cratium inſtar, ſi per quibus protendantur vitium palmites, ut expoſuimus in Titulo Cbilaim, qua vulgato nomine in Ægypto audiunt* مكعب. Sed nec vox illa in Chelim eadem cum noſtra hac; nec noſtra id ſonat quod vult Maimonides. R. Nathan etiam differentiam agnoſcit, ut ibi docebimus. Illi אילן שעושה פירות אפיפיירות hic loci eſt הרכה *Arbor qua largos fructus edit.* Sed Muſaphias rectius ex lingua Græca, *arborem* interpretatur, *qua jam non amplius fructus facit, ſenio confecta, vel alia de cauſa.* Egregie mea ſententia; ut ſit Heſychii ἀπίδορα, i. e. δένδρα μη φέροντα καρπόν. Nec audiendus eſt Cohen de Lara, qui Muſaphiæ expoſitione rejecta, mendoſe אפיפיירות legi contendit pro אפיפירות cum י, i. e. ἀπόφυσις. Bene quidem illud, & acute, ſi verum eſſet, quod addit, כי הוא ססוך אל גפן ומכנו הואי אפיפיירות *junctа eſſe viti, & ex ea ipſa enata.* Tales enim αἱ ἀπόφυσις. Sed quam hoc nihil aliud eſt à veritate magis alienum; ut vel hujus unius Miſnæ auroritate abunde conſtat. Stultum ſit credere, vitem in ſui ipſius duramenta & flagella erigi poſſe & ſuſpendi. Legendum ergo אפופורות, i. e. ἀπόφορα.

cubitorum ſit, non licet illuc inferre ſemen. Si octo cubitorum & amplius, cultu ſuo vitibus attributo, reliquum ſatis occupatur.

7. Si pergula è pariete ex ipſo angulo promiſſa deficiat, tribuitur ei cultus ſuus, & reliquum obſeritur. R. Joſes, niſi vacet ſpatium quatuor cubitorum, negat illuc inferri poſſe ſemen.

8. Si quis prominentes extra pergulam perticas præcidere pepercerit, infra eas licet. Sin eo fine ita conſtituerit, ut per eas proſerperet materia, non licet.

9. Materiam extra pergulam luxuriantem appenſo quaſi perpendiculo æſtimant, ut quicquid ſubſit ſatu illicitum habeatur. Similiter in vite ſuſpenſa, ſi quis traducem protendat ab arbore in arborem, quod ſubeſt illicitum habetur. [1] Si continuaverit funiculo vel junco, quod ſupplemento ſubeſt licitum habetur. Si eo fine uſurpaverit ut per eam proſerperet materia, illicitum.

CAP. VII.

1. IS qui vitem in terra ſtratam propagaverit, niſi terreno adobruatur in altitudinem palmorum trium, ſemen non ſuperinducet, ne quidem ſi cucurbitæ vel [2] tubulo trajecta deprimatur. In petra utcunque non ſupra exiſtat terrenum pluſquam trium digitorum, ſemen ſuperinducere licet. Quod ad mergi curvaturam in vite ſpectat, emenſuratio non inſtituitur aliunde quam à radice ſecunda.

2. Si quis mergos deprimat à tribus vitibus ita ut radices conſpicuæ ſint, R. Eleazar Sadoci filius, dummodo interſit à quaternis ad octonos cubitos, [3] conflari exiſtimat; ſin minus, non conflari. Vitis quæ exaruit [4] illicita eſt, non autem ſacrat. R. Meir addit, etiam [5] lanam vitis illicitam eſſe, non autem ſacrare. R. Eleazar Sadoci filius

1 *Si continuaverit.*] Ut traducem traduci connecteret. Ita & alibi ſignificat verbum מפק. Para XII. 1. האוזב הקצר מספקו בחוט *hyſſopus brevior filo elongatur, vel continuatur.* Si locus lucem deſideret, commentarii vice eſto illud Columellæ V. 7. *Si traducx traducem non contingit, media virga inter eas deligetur.*

2 *Tubulo.*] Pro סילון legendum potius סולין. Eſt enim Græcum σωλὴν.

3 *Conflari.*] Ut ita tres vites cum propaginibus pro vinea habeantur.

4 *Illicita eſt.*] Id eſt, ſationi illicitum reddit agri ſpatium illud, quod occupat. Non licet ergo frumentum ibi ſerere. Si autem contra fas ſeratur, non ſacris devovetur, ut infelicibus flammis uſtulari debeat, uti intelliguntur Judæi locum Deut. XXII. 9. ubi פן תקדש *ne ſacrum fias*, exponunt פן תוקר אש *ne devoret ignis.*

5 *Lanam vitis.*] Vites lanatas ex amineārum & apianarum genere, quarum averſa utique folia lanugine veſtiuntur, Columella, Plinius, alii memorant. Hæ autem veræ vites ſunt, quod huic loco convenire nequit. *Lanam vitis* vocare videntur τὰ ἐριοφόρα Νήσια, quorum meminit Theophraſtus, Tylì inſulæ indigenas arbores, quaſi dicas *vitem lanigeram.* Certe folia earum arborum viteis, niſi minora eſſent, ſimillima ipſe indicat Theophraſtus. Hiſt. Plant. IV. 9. Ad has ergo interdictum extendi volunt Magiſtri propter מראית העין, *ſpeciem externam* vitibus ſimillimam; ut non liceat juxta illas

filius illius nomine refert, etiam ſolum quod viti adobrutæ incumbit illicitum eſſe, nec tamen ſacrare.

3. Hæc illicitum reddunt, nec tamen ſacrum faciunt: [1] reſiduum calvitii vineæ, reſiduum præcinctus vineæ, reſiduum interciſiminum pergulæ, reſiduum exoletorum ramalium. Verum quod [2] viti ſubeſt, cultus vitis, & vineæ quaterni cubiti; hæc utique ſacrant.

4. Qui protenderit vitem ſuam ſuper alterius ſata, ſacra fecit, & damnum reſarcire tenetur. RR. Joſes & Simeon arbitrantur, neminem ſacram facere rem, quæ ſua non eſt.

5. Refert R. Joſes caſum de homine quodam, qui ſementim in vinea ſua fecit anno ſeptimo. Re delata ad R. Akibam ille reſpondit; nemo ſacrare poteſt rem, [3] quæ ſua non eſt.

6. Si prædo alterius vineam vi obſerens deinde deſeruerit, demetere curato vel in feſto. Quantum autem operariis [4] dare tenetur? vel [5] trientem. Si plus poſtuletur, demetat ſenſim ut poterit, etiam poſt feſtum. A quo tempore vocatur prædo? ex quo [6] penitus inhæſerit.

7. Si procella vites in ſata proſtraverit, [7] retrahuntor confeſtim. Sin

[1] *Has ſita ponere.* Maimonides recte adeo עמר exponit קטן *gossypium*; locum autem de goſſypio, ſive arboribus lanigeris in vinea non ſerendis perperam, ſi quid video, interpretatur. Interpretor ego de aliis ſeminibus juxta frutices goſſampinos non ſerendis propter ſimilitudinem quam ferunt vitium.

1 *Reſiduum calvitii vineæ.*] Si vinea calveſcat media ſui parte eatenus ut calvitium occupet quadratum cubitorum ſedecim, relictis circumquaque quaternis cubitis pro cultu vineæ, in quadratum interius cubitorum octo ſemen inſerre licet; ſupra IV. 1. Jam ſi calvitium citra hanc menſuram deficiat, quaſi demta foret pars iſta, quæ ad juſtam menſuram deeſt, dicitur סותר הרבן הכרם *reſiduum calvitii vineæ*; quo non ſignificatur id quod ſupra juſtam menſuram redundat; ſed ipſum calvitium ἐλλιπὲς, vel à juſto deficiens. Ita habe de *reſiduo præcinctus*, & *interciſiminum*.

2 *Viti.*] Extra cultum ſuum luxurianti.

3 *Quæ ſua non eſt.*] Scilicet anno ſeptimo nemo ad agri ſui proventum jus habet, ſed communis juris eſt.

4 *Dare tenetur.*] Ut velint in feſto juſta perſolvere.

5 *Trientem.*] Alii intelligunt mercedem trienſe auctiorem: alii, quantum valeat vineæ & proventus trienſ.

6 *Penitus inhæſerit.*] Id eſt, ex quo bonæ fidei poſſeſſore perterrefacto & ablegato, prædo fundum ut proprium poſſederit, eique inhæſerit. Ita ego interpretor vocem משישקע. Nam verbum aliud ſignificat *alte infigi*, & *inhærere*. Ne tamen lectori fraudi ſim, Judæorum interpretationem eum non celabo. Ita ergo Bertinorius. מאימתי נקרא אנס כלומר מאימתי נקרא הכרם על שם האנס להחשב כשלו לאסרו בוריעה: משישקע שם הבעלים מן הכרם ויקרא על שם הגזלן מאותה שעה תהיה הכרם השובה כשלו ויקדש כל מה שיזרע בה *A quo tempore vocatur prædo? ac ſi diceretur, à quo tempore vocatur vinea nomine prædonis, ut illius reputetur, & illicitum ei ſit eam frumento ſerere? Ex quo deletur nomen Domini ex vinea, atque ea cenſeatur nomine raptoris; ex eo tempore vinea illi pro ſua reputabitur, & ſacrum fiet quicquid in ea ſatum eſt.* Bertinorio adeo משישקע eſt, *ex quo ſubmerſum, abolitum vel deletum ſit* nomen legitimi Domini. Maimonides aliter interpretatur; וקולה משישקע יעיימנו יכתפי צאחב אכרם כשיתה מן שקאהר אדי יטלב נצבה *Quod autem dicitur* משישקע *id eſt, ex quo delitescat vinea dominus, pra metu prædonis qui ei vim intentat.* Uterque refert verbum ad dominum vim paſſum. Ego potius ad eum qui vim infert. Fateor tamen in Gemara Hieroſolymitana ea haberi, quæ Maimonidis ſententiam adſtruunt.

7 *Retrahuntor.*] Triplicem lectionis varietatem notat Jomtobus, יגרור ex R. Samſone; יגרור ex R. Obadia, cujus etiam meminit R. Samſon; יגרוד ex Maimonide, quanquam Editiones ſaltem pleræque, præter iſtam parvo, (ut vocant) folio, Hal. Chil. V. habeant יגרור. His quartam addo יגרוד, quæ habetur in MS, & Maimonidis commentario Arabico, quam veriſſimam puto.

Sin vis impedierit, [1] licet. Sata ſub vitem reclinata revocantor, atque ita olus; nec tamen ſacrant. A quo tempore ſacrum fit frumentum? ex quo [2] tertia parte adoleverit. Uvæ? quamprimum fabam albam exæquent. Frumentum, quod quantum ſatis eſt peraruit, & uvæ, quæ quantum opus eſt permaturuerunt, deinceps non ſacrantur.

8. Urceus pertuſus in vinea ſacrat: non pertuſus non ſacrat. R. Simeon utrumque illicitum eenſet, neutrum vero ſacrare. Urceum pertuſum per vineam transferre, ita ut interea incrementum capiat partis ducenteſimæ, illicitum eſt.

CAP. VIII.

1. MIſcella vineæ illicitum eſt ſerere, vel adoleſcere pati, vel etiam emolumentum inde capere. Miſcella ſemina illicitum eſt ſerere, vel pati adoleſcere: edere autem licet; [3] & multo magis emolumentum inde capere. Miſcellæ veſtes ad omnem plane rem licitæ ſunt, præterquam quod indutu illicitæ. [4] Miſcellum pecus enutrire licet, atque tueri; neque aliud in iis illicitum, quam admiſſuram exercere. Miſcella pecora copulare non licet.

2. [[5] Quomodo intelligenda ſunt iſta?] [6] Nimirum pecudem cum pecude, vel feram cum fera; pecudem cum fera, vel feram cum pecude; mundam cum munda, vel immundam cum immunda; mundam cum immunda, vel immundam cum munda copulare non licet in arando, [7] trahendo, vel agendo.

3. Rhe-

1 *Licet.*] Ulterius differre. Vel, *licita ſunt*, nec ſacris devota.

2 *Tertia parte adoleverit.*] Id eſt משתשליש. Sunt autem, qui משתשריש legunt, ut lectionis varietas notatur in Talmude Hieroſolymitano; i. e. *ex quo radices egerit.* Hæc lectio habetur in MS, & Maimonide: ſed altera præferri videtur in Talmude.

3 *Et multo magis emolumentum inde capere.*] Abſunt illa וכל שכן בהנאה à MS; & ex gloſſemate irrepſiſſe videri poſſunt.

4 *Miſcellum pecus.*] Bigenerum ex admiſſu miſcello & illicito prognatum.

5 *Quomodo intelligenda ſunt iſta?*] Reduco ex MS verba כמה דברים אמורים, quæ in editis deſiderantur.

6 *Nimirum &c.*] Hæc aljo modo diſtinguit Maimonides; &c. *Nimirum pecudis cum pecude, vel fera cum fera; pecudis cum fera, vel fera cum pecude; munda cum munda, vel immunde cum immunda.* Ut hæc hucuſque referantur ad illud ſuperioris paragraphi de diverſorum generum admiſſura. Deinde. *Verum mundam cum immunda, vel immundam cum munda copulare &c.* Sed reliqui plerique Judæi ut nos. Et certe ſi Miſna eo ordine legi debeat, quo extat apud Moſem Cottienſem Præc. neg. 282. Maimonidis interpretatio & interſtinctio ſtare nequit. Ibi ſic legitur, טמאה עם טהורה וטהורה עם טמאה טהורה עם טהורה טמאה עם טמאה *immundam cum munda, vel mundam cum immunda; mundam cum munda, vel immundam cum immunda.* Et tamen Moſes ille Cottienſis hanc Maimonidis ſententiam, quam ex Hal. Chil. IX. ibi affert, ex Toſaphta ad Chilaim confirmari poſſe cenſet. Commentarium nunquam viderat, nec ex hoc Miſnæ loco eum iſtam ſententiam hauſiſſe vel ſomniare quidem potuit.

7 *Trahendo.*] Dupliciter exponitur vox ולמשוך. Actio enim referri poteſt vel ad hominem, qui jumentum habena trahit, i. e. ducit; vel ad jumentum, quod vehem trahit. Priore ſenſu vox uſurpatur in Baraita & Gemara Babylonica Baba metz. 8. *b.* 9. *a.* Atque ita hic RR. Samſon

&c

3. Rhedarius quadraginta plagas luit; & qui in [1] rheda ſedet quadraginta plagas luit. R. Meir abſolvit. [2] Tertium helciis alligari non licet.

4. Non alligabitur equus neque lateribus [3] rhedæ, neque poſt rhedam. Nec [4] aſinus Libycus alligabitur camelis. R. Juda aſſerit univerſam

& Obadias. Poſteriore occurrit infra in fine capitis; atque hunc ſenſum amplectitur Maimonides; quod magis probo.

1 *Rheda.*] קרון eſt κάρρον, quod in Gloſſis Cyrilli & Philoxeni *reda* exponitur.

2 *Tertium.*] Jumentum. Ridiculus plane Maimonides, qui neſcio quid de trigemino curru hic commiſcuit.

3 *Rhedæ.*] Quam trahunt boves.

4 *Aſinus Libycus.*] Ita in Gemara Babylonica Shab. 51. *b.* לובקס exponitur המרא לובא *aſinus Lybicus.* Inde Maimonides חמאר פי ארץ לובים ישבה יגמאל *Aſinus in Lybia camelo ſimilis.* Vox ipſa, ut in his fieri amat, multifariam ſcribitur. Nam præter לברקס vel לובדקס, quod in utroque Talmude, in Rabbinorum commentariis, in Lexicis Nathanis & Tanchumi, & in MS habetur, atque לוברקים vel לובקם, quod in multis Miſnæ editionibus cernitur, in veteri Toſaphta legitur לפרקים, in Iſaaco Feſſano, & commentariis ad eum Rabbenu Niſſimi לוברקם, in Conſtitutionibus parvis Aſerianis דולבקי; denique quod Gen. XXXII. 15. pro Hebræo עיירים in Chaldæa paraphraſi Hieroſolymitana לורין דקין, vel לוודין דקין, vel ולרין דקין legitur in tribus editionibus, Londinenſi, Hanovienſi, & Veneta; & in Pſeudo-Uzielidis paraphraſi, (quæ eadem Hieroſolymitana vetuſtioribus audit) ילרין דקין in editionibus Veneta & Londinenſi, ſed in Hanovienſi לווקרין; id ex paraphraſi Hieroſolymitana לברקין citatur Nathani, Tanchumo, & Philippo Aquinati Lexicographis, Eliæ in Lexico Chaldæo לברקין. R. Samſoni autem in commentariis ליבקסין: quæ omnia videntur ejuſdem vocis σφάλματα. Nec vero recens dubitatio eſt de vera hujus vocis lectione; ſed varia lectio jam olim adnotata eſt in Gemara Hieroſolymitana. ולא הלובדקס. אירת תניי תני ניברקוס מאן דאמר ליברדקס שם ליבוי על שם לובים וכושים במצעדיו. מאן דאמר ניברקוס אבחטם. מרו אבחטם חמר סלק Ita legitur in Gemara Chilaim ad hanc Miſnam; ſed ad Shabb. V. 1. ubi eadem recurrunt, paulo aliter: nam pro ניברקוס bis ibi legitur לנדקס, & pro אמבטום bis אבחטם; omiſſis etiam illis שם ליבוי (ubi ליבוי mendoſum eſt pro לייוי) i. e. *nomen paronymicum* quod ex gloſſemate videtur irrepſiſſe. Eadem hæc citantur à R. Nathane in Lexico, qui pariter illa omittit, & pro ניברקוס bis habet ניבדקוס, & pro אבחטם bis אבהנוס. Hanc lectionem meliorem judicat Cohen de Lara, qui obſervat id facile commiſti à librariis, ut pro elementis ו & ן coaleſcentibus ſcribant præſertim in exoticis ט; adeoque in fine vocis agnoſcit Græcum ὄνος. De cætero deſperat. Quod ad me attinet nullus dubito quin אבהנוס multo rectius ſit quam vel אמבטום, vel אבחטם: illud autem miror ſolitam Cohenis ἀγχίνοιαν eum hic deſtituiſſe, ut non videret levi adhuc mutatione opus eſſe, quam etiam mendum illud אמבטום ſuggeſſiſſe potuit, & pro אבהנוס legendum אמהנוס i. e. ἡμίονος. Sic ergo locum verto; *Neque* ליבדקס. *Sunt qui legunt* ניברקוס. *Qui* ליברקס *dicit*; (*quod nomen paronymicum eſt*) *ita dicit, à nomine proprio*: (ut in iis Danielis XI. 43.) *Libyes & Æthiopes in comitatu ejus. Qui dicit* ניברקוס, *intelligit* ἡμίονον. *Quid eſt* ἡμίονος? *aſinus ſterilis.* Atque hæc illi. Qua autem ratione ליבדקס paronymicum eſſe poſſit à Libybus; vel quo pacto ניברקס mulum ſignificet, fateor, me latet. Dubitavi aliquando annon potius pro ניברקס reſcribendum eſſet נימרקס, pro ב, ut in אבהנוס, i. e. Νομαδηνός *Numidicus*, atque eo intelligeretur tertia illa Camelorum ſpecies, quibus *nobiliores Numidiæ Arabes, & Afri Libyes uti ſolent*, ut habemus in Leone Africano. *Ragnabil* appellari aſſerit. Sed legendum *Raguabil*, i. e. רואחל. De hoc autem nihil ſtatuo. Quod ad alteram vocem לברקס; vel ut Elias habet לברקין, Bochartus reſcribendum ſuſpicatur לוברקין; atque illud interpretatur *aſinos è terra Lud*: quomodo etiam Bertinorius expreſſis verbis ad Miſnam hanc, & ad Shab. V. 1. Nam βερνὸς inquit, *pro aſino vox Africana eſt, quam è Libybis acceperunt Cyrenæi. Heſychius*: Βερνὸν, ὄνον Κυρηναῖοι, βάρβαρον. Sed ab iſtiuſmodi vocum compoſitionibus, quibus ſemper fere indulget Bochartus, quam maxime abhorreo, ut à linguarum Orientalium genio plane alienis. Si in βερνὸς quærendum ſit Miſnæ לברקס, & Paraphraſtæ לברקין, illam ipſam vocem ut in Elia ſcribitur לברקין legitimam agnoſcerem. Tantummodo Arabum articulus ל præfigitur; i. e. ال; nam primum elementum, quod in puriori Arabiſmo uſurpatur, eſſentiale non eſſe, & ab aliis omitti autor eſt inſignis Arabum Grammaticus Sibavæus. Sic לברק eſſet à βερνὸς. Utrumque, ut equidem puto idem quod البراق in puriori Arabiſmo. Eſt autem

البراق

univerſam equarum prolem, utcunque patre aſino procreatam, recte copulari: & ſimiliter univerſam aſinarum prolem, utcunque equo patre procreatam, recte copulari: verum equarum prolem cum prole aſinarum non licite copulari.

5. [1] Ambiguæ originis muli illicite copulantur, licite autem [1] bur-

البراق jumentum quo Mohammedani Prophetam ſuum in cœlum nocturno itinere ſubvectum ſcriptitant. Illud Bocharius, celebris ille Traditionum Mohammedicarum compilator, fuiſſe aſſerit دابة فوق الحمار ودون البغل, *jumentum aſino majus, mulo minus.* Atque hæc quidem, ſi admittatur lectio Eliana. Sed cum in Talmudicis potius habeatur לוברקס, vox illa ex terminatione Græca magis videtur quam Arabica. Græca autem, quod ſciam, nulla magis accedit quam λιπαρης, quæ lectionem Toſaphtæ לפרקים quam proxime exprimit. Eſt quidem λιπαρῷ adjectivum, quod bovi, vel alii cuilibet animali, quod λιπάρας, vel λαπάρας ἔχει λόγχας, i. e. ἀργάς. ut ex Heſychio in λιπαργῶδες, ubi ſcribendum λιπάργυς βοὸς, & ex Euſtathio ad Odyſſ. β. conſtat. Eadem autem vox etiam ſubſtantive ponitur pro aſino propter ilium vel abdominis albedinem, ut in diptadis deſcriptione apud Nicandrum, ubi feſſi mortales juventutem donum à Jove recens acceptum tardo aſino imponentes eo miſere ſpoliantur.

Ναῶτι δ' ἀμφοτέρωθεν ἀμορβόδοντα λιπάρῳ
Δῶρα.

Ubi Scholiaſtes: λιπάργῳ ἢ τῷ ὄνῳ φασὶ παρὰ τὸ τὰς λαπάρας ἔχειν λόγχας. Ex hoc loco corrigendus Etymologus, qui eundem afferens Nicandri verſum in ἀμορσίνων, ſed mendoſe, λιπάρῳ exponit τῷ ὄνῳ. ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ ἡμιόλιον λόγχης. Huc etiam accedit quod Shab. V. 1. permittitur, ut die Sabbathi foras prodeat הלוברקים בפרומביא i. e. ὁ λιπαραγὶς μετὰ φορβείας, vel φορβειᾶς. Gemariſtæ quidem & ex illis Commentatores ridicule ibi פרומביא pro capiſtro quodam ferreo habent; quo ſcilicet ferox & immorigerum animalis genus melius contineretur. Sed φορβεία ſimpliciſſimum eſt capiſtrum, quo aſinus, tardum & hebes jumentum, ſatis tuto duci poteſt; & φορβείαν quidem aſino tribuit Lucianus.

1 *Ambiguæ originis muli.*] De quibus non conſtat, muli an hinni ſint. *Ex equa enim & aſino fit mulus: contra ex equo & aſina hinnus:* ut loquitur Varro de re Ruſtica, II. 8. Ita enim Judæi exponunt vocem פרוטיות. Maimonides: אסכם פרוטיורת ואקע עלי שנוע שלאין מן אכתלאט נוע שליל ונוע שחמר כיף כאן שאכתלאט: *Nomen* פרוטיות *denotat animalis genus quod ex qualicunque equini & aſinini generis miſtura procreatur.* Quæ verba Maimonides, Ariſtotelis & Peripateticorum libris homo impenſe addictus, ex Ariſtotelis II. de Animal. gener. ſumſiſſe videtur ᾗ δὲ ἵππος ᾗ ὄνος ἡμίονος, ἀμφοτέρων ἄρρην ᾗ θῆλυ ἀστειρωτὸς ὄνος. Peſſime Buxtorfius: פרוטיורת *Mula, ſpecialis mularum ſpecies. ſignis mundicici vel immundicici exiens.* Quænam enim ſodes ſigna munditiei in mulis eſſe poterint? Non intellexit R. Samſonem, vel Bertinorium, qui mulos iſtiuſmodi, quos dixi, ambiguos intelligunt, quos nequeas ex ſignis, aſinabus an equabus matribus procreati ſint dignoſcere. Signa illa tanguntur in Gemara Hieroſolymitana: ארי יונה כל שאזניו קטנות אמו כוסה ואביו חמור. גרולות אמו חמורה ואביו סוס: *Inquit R. Jonas; quicunque aures habet parvas, matre equa eſt, patre aſino: grandes, matre aſina, patre equo.* Maimonides Hal. Chil. IX. לפיכך &c. *Ideo quicunque velit mulum mula admittere, vel junctis malis ad trahendum uti, æſtimare debet per ſigna auricm, cauda & vocis. Si invicem ſint ſimiles notum eſt matres ejuſdem generis fuiſſe. & licite copulantur.* Neque hæc temere; nam etiam Columella VI. 37. *Qui ex equo & aſina concepti generantur, quamvis a patre nomen traxerint, quod binni vocantur, matri per omnia magis ſimiles ſunt.* Damirius etiam Arabs:

اذا كان الذكر حمارا يكون
شديد الشبه بالفرس
وان كان الذكر فرسا يكون
شديد الشبه بالحمار

Si patre procreatur aſino, equum valde referet; ſin patre equo, valde ſimilis erit aſino. Quod autem ad aures attinet, diverſum videtur, quod aſſerit Varro loco mox laudato. *Hinnus, qui appellatur, eſt ex equo & aſina; minor quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus ut equinis, juban & caudam ſimilem aſini.* Hæc ſunt ſigna, de quibus hallucinatur non leviter Buxtorfius. פרוטיות autem muli qui ex his ſignis dignoſci nequeunt, ut illis placet. R. Nathan autem in Lexico mulos eſſe vult, quos Græci & Itali vocant מוזמוני. Ita editiones pleræque. Sed in Baſileenſi eſt מולי, *muli*: perperam, ni multum fallor. Vox מוזמוני mendoſa quidem eſt, ſed

[1] burdones. [2] Homunculi agreſtes feris accenſentur. R. Joſes autumat

leviſſima vero apicula. Legendum enim מוזמוני, i. e. Græcum μωσμονες, & Italicum *muſimone*. Μώσμονες quidem proprie ovinum genus eſt in Sardinia, quod pro lana caprino pilo tegitur; ut ex Strabone conſtat. Inde *muſimo* animal bigenerum ex ariete & capra, *tityro* oppoſitum, ut mulo hinnus; de qua re vetus epigramma:

Tityrus ex ovibus oritur hircoque parente;
Muſimonem capra ex vervegno ſemine gignit.

Nec tamen muſimo in ovibus & capris duntaxat; ſed in aſinis etiam & equis. Nonius Marcellus: *Muſimones aſini, muli aut equi breves. Lucil. lib. 6. Pretium emit, qui vendit equum muſimonem. Cato Deletorio: Aſinum aut muſimonem aut arietem,* R. Tanchum פרוטיות ab aliis exponi טבגאל *mulos* aſſerit, ab aliis אנאריש; vel ut in aliis codicibus legitur, & in Epitome אכאריש. Quid illud ſit, neſcio; niſi forſan legendum ſit אנאחיש, tanquam plurale pluralis à חחש, quod *aſini pullus* eſt Jauhario & Phiumio Lexicographis, & non infrequenter in Arabibus Bibliorum interpretibus. Atque hæc fere illi in Græcis & Latinis literis hoſpites. Mihi vox רפרוטיות in his linguis quærenda videtur. Nec aſinos vel mulos interpretor, ſed equos *Epiroticos*. Epitotarum equorum ſatis celebris fama apud Poetas, Maronem, Faliſcum &c. Vegetius etiam: *Epirotas, ac Siculos non deſpexeris, ſi mores pulcritudo non deſerit.* De his inaudiverat aliquid Miſnæ noſtræ autori, qui, ut illis hominibus mos eſt, arreptum novum vocabulum, necdum tamen intellectum, in jus vocavit. Ita mihi videtur de hac voce, de ſuperiore λίπαρος, de aliis etiam nonnullis, de quibus data occaſione dicam. Volunt ergo equos Epirotas, tanquam diverſi generis animalia, equis vulgaribus, vel & generoſis ſibi notis non copulari; quod in burdonum genere licitum agnoſcunt. In verſione tamen vulgatam potius Judæorum interpretationem retinendam cenſui, ne cui viderer conjecturas noſtras temere nimis venditare.

1 *Burdones.*] Vox רמך etiam in Bibliis occurrit, Eſth. VIII. 10. Ejus tamen ſignificatio non ſatis nota eſt; & ſi nos aſſequi non valeamus, excuſationem tamen merebimur, cum & ipſi Judæi, nec ii quidem recentiores, ſed antiquiores etiam Gemariſtæ hunc ipſum locum afferunt pro exemplo rei quæ intelligi nequit. Locus eſt Megill. 18. *a.* ubi cum ad iſtam Miſnam II. 1. *Barbarus, qui lectam adiverit Eſthera libellum Syriace, officio ſatisfecit*: in Gemara objicitur, Barbarum non intelligere quid legatur; Rabina regerit, אטו אנן האשתרנים בני הרמכים מי ידעינן אלא מצות קריאה ופרכומי ניסא הכא נמי מצות קריאה ופרכומי ניסא *Etiam nos illud Eſthera* האחשתרנים בני הרמכים *nunquid intelligimus? & tamen lectio praecepta eſt, & miraculum pervulgandum; ita hic lectio praecepta eſt, & miraculum pervulgandum.* Verum cum Abenezra obſervet רמכים *equos* eſſe, & vocem ita ſignificare in lingua Arabica, deſidioſi foret iſtam linguam in ſuppetias non advocare. Arabicum رملة equam quidem ſignificat, non quamlibet, ſed الاثني من البرانين, *equam ex burdonum genere*, ut loquuntur Jauharius & Phiumius Lexicographi, & ex Jauhario Damirius in Hiſtoria animalium. Jam vero برذون βίρδων, *burdo*, Arabibus ſignificat vilius equorum genus, quod Arabicis generoſitate cedit. Motarrezius: الترلي من الخيل وهو خلاف العراب *Equus Turcicus, qui Arabico oppoſitus.* Damirius: كنيته ابو الاخطل كني به لخطل اذنيه وهو استرخاؤها بخلاف اذن الفرس العربي *Cognomine dicitur* abu 'l-achtal, *ita dictus propter flaccidiſtatem aurium, contra quam ſunt aures equi Arabici.* Inde proverbia: برذون الجواد *Burdo factus eſt equus generoſus.* اثقل من البرذون واضر من الجرذون *Burdone segnior, ſtellione noxior.* Hæc apud Zamachſharium, quæ fruſtra quæras in magna collectione Midanii. Hinc etiam verbum برذن *burdone, vel viliori equo vectus eſt, vel mequitavit*; ut apud eundem لقيت فلانا مجيدا واخاه مبرذنا *obviam factus ſum ro dein equum generoſum inequitanti, & fratri ejus burdone vecto.* Item *burdonis inſtar ſegnis fuit*: ut سالته حاجة فبرذن عنها *petii ab eo rem quandam, ſed concedere ſegnis fuit.* Denique ut Zamachſharium exhauriam, non ſine fructu Lectoris Arabiſmo dediti, idem verbum active etiam ſignificat equum generoſum burdonis inſtar hebetem & ſegnem reddere, ut in illo Phalæ verſu:

لله در جبان اذتى سايسها
برذنتها وبها التجبيل والغرر

Deo

Deo cura ſonte generoſi iſti equi, quarum tu rector es. Burdones effeceris, inſignes lucet pedum & frontis candore. Vides quomodo inter equum & burdonem diſtinguunt Arabes, quo egregie pertinet & hic verſus:

اريت اذا جالت بك الخيل جولة
وادت على برذونة غير طائل.

Pra te tuliſti, quum circum te orbes agerent equites, & ipſe in orbem currere, cum tu brevi burdone veſtus eſſes. Si vera ſunt hæc Arabum, certe magnopere fallitur R. Tanchum, qui רמך interpretatur שֵׂכֶל לְאֲצִילָה *generoſos equos*, idque ex Arabum uſu. Nec hic ſequitur magiſtrum ſuum Maimonidem. Nam ille ſic, הרמך הוּ מִן שֵׂכֶל נוע מן אנואעהא אשנה לתברר מנהא לאן מן שֵׂכֶל מתבררה *Equorum quadam ſpecies eſt* רמך, *& ut ego quidem reor, ſylvatica, nam ſunt etiam equi ſylvatici.* Hæc non aſſecutus eſt Interpres Hebræus. Sed Eſtheræ locus R. Tanchumo fraudi fuit. בני הרמכים *generoſarum equarum pullos* ibi ſignanter dictos exiſtimavit. Sed forſan non aliud ibi ſignificat הרמכים, quam quod רמכא Phiruzabadio, والفرس والبرذونة تتخذ النسل, *equas vel burdones fœminas proli procreandæ deſtinatas*: vel *equas armentarias* à Perſico رمه *armentum*, in plurali رمكان. Deforme, degener, & vile equorum genus רמך dici potuit, vel à ſtrigoſo & extenuato corpore, ab ارمك, voce nona, quod iſtum corporis habitum gerere ſignificat: vel à colore obſoletiore ארמך, quod *colorem* denotat راشد كدورة من الورقة, *fuſcedine obſcuriorem*, ut Phiumius loquitur, vel, ut Zamachſharius ورقة في سواد *fuſcedinem nigredine mixtam*: *colorem* plane *fuligineſum*, ut intelligere eſt ex lepidiſſimo Rubæ verſu:

وصبية مثل الدخان رمكا
يخلط بالمسك فيجعل سكا.

Et adoleſcentulos fumi inſtar fuligineos, ex quibus admiſto muſco fiat odor Succon *dictus.* Succon odor eſt ex atro odoramento رامك dicto, & muſco compoſitus. Poeta alludit ad iſtam compoſitionem, & falſe infectatur adoleſcentulos deformes & nigricantes, qui tamen ex muſci & odorum uſu delicias captabant. Quidni enim ad equos extendatur vocabuli uſus, cum in camelis ناقة & جمل ارمك, رمكا *camelum marem & fœminam fuliginoſi coloris* memorant Jauharius, Zamachſharius, Phiumius, & Phiruzabadius? In Talmude Hieroſolymitano R. Immæus nomine R. Lazari רמכה exponit דלא כלינס; nunquid *inframis?*

2 *Homunculi agreſtes.*] De או ני העיי"ה ſic Maimonides: אדני רשרוש חיואן ישבח שאנמאן יקול אנהאהב שאכבאר אנה יתכלם כלאמא כתירא לא יסכת וכלאמה שביה בכלאם שאנסאן ואמסה שנסנאם ויוצף מן אכבארה פי שכתב כתיר אדני השדה *Animalis genus eſt homini ſimile, de quo referunt narrationum autores, quod multum loquitur, nunquam ſilens, & loquelam habet humanæ ſimilem; nomine dicitur* (Arabibus utique) Neſnas; *de ejus deſcriptione multa feruntur in libris.* Eadem fere R Tanchum. Pro שנסנאם in Hebræis codicibus impreſſis perperam שנאנם. Et de النسناس verum quidem eſt multas extare Arabum fabellas. Eas ex variis autoribus collegit Damirius. Ex eo non pauca Bochartus; ſed in multis hallucinatus, ut in Arabicis ſolet. Verum in tota illa Damirii farragine nulla eſt deſcriptio, quæ cum iſta אדני השדה, quæ in Talmude Hieroſolymitano habetur, congruat. Arabum *Neſnas* ſemi-homo eſt, vagus & pernix. Miſnæ homunculus agreſtis è radice naſcitur, animal ſimul & planta, umbilici funiculo coercitus, & uni loco alligatus. In Talmude enim ſic בר נשדטור הוא והוא חיי מן טיבור ייה איפסיק טיבורייה לא חיי *Homunculus montanus eſt, qui ex umbilico vivit; diſſecto umbilico amplius non vivit.* Hæc eadem Bochartus ex Jarchio (R. Samſone dixiſſe debuit, nam ex illius commentario petuntur, quæ ille Jarchio tribuit) citans, peſſime ſic vertit. *Fera eſt ob umbilico, ſed parte quæ ſupra umbilicum eſt, non eſt fera.* Sed voces, quod poſui, ſonant. Hinc etiam in Talmude ratio, propter quam R. Joſes hoc animal tentorio polluere cenſet, ex Num. XIX. 16 petitur; ac ſi, quod ibi ſcriptum eſt, וכל אשר יגע על פני השדה בחלל חרב *Et quiſquis tetigerit in ſuperficie agri occiſum gladio*, ſic interpretatus eſſet; *Et quiſquis tetigerit* בגדל על פני השדה *id quod creſcit ſuper facies terra* &c. nempe monſtrum hoc ζωοφυτον. Hoc ipſum monſtrum alio nomine ידוע dictum arbitratur R. Moſes Calonymi filius Spirenſis, & ſic deſcribit, ut ſententiam ejus refert R. Samſon. וכמין חבל גדול &c. *Funiculus quidam magnus ex radice quæ in terra eſt exit, unde vivit illud animal, quod dicitur* ידוע, *plane cucumeres & cucurbitarum more. Hujus tamen forma hominem omnino refert, vultu, corpore, manibus, pedibus; ab umbilico autem annectitur funiculo ex radice enato: nec quiſquam valet accedere intra funiculi longitudinem, quia circumeuntes rapit & interimit. Quam longe autem extenditur funiculus omnia depaſcit. Cum illud venantur, nemo audet accedere,*

mat [1] tentorio polluere inſtar hominis. Erinaceus & [2] muſtela ruborum feris accenſentur. Muſtela ruborum, ut Sammæanorum ſententiam refert R. Joſes, magnitudine olivæ polluit geſtatu, magnitudine lentis tactu.

6. Bos ſylveſter generis pecuini eſt; ſed R. Joſes feris accenſendum arbitratur. Canis ferini generis; ſed R. Meir inter pecudes numerat. Sus pecuini generis eſt; onager ferini; elephas & ſimia feris accenſentur. Homo cuicunque horum omnium junctus licite [3] arat vel trahit.

CAP. IX.

1. NOn aliud vetitum cenſetur [4] miſcellorum nomine quam lana & linum. Neque aliud [5] polluitur lepra præter lanam & linum. Neque Sacerdotes alia re veſtiuntur, ut ſacris operentur in

cedere, ſed funiculum ſagittis petunt, quo ſucciſo ſtatim perit. Hæc ille; nec a iunde ſunt ea quæ habet Bertinorius ad Syned. VII. 7. ubi addit, Sapientum dialecto vocari בר נש דטור *Homo montanus*; reſpiciens proculdubio ad locum Talmudis jamjam allatum. Perperam ergo Maimonides, & ex eo Bochartus, Miſnæ אדני השדה conferunt cum Arabum بـــســنــاس. Fabulæ quidem utrobique, ſed diſpariles. Quanquam autem Rabbini in fabulas procudendas omnes nervos intendiſſe videntur, tamen hic excuſandi forſan ſunt, nec tam mendacium ipſi finxiſſe putandi, quam Joſephum (ut nonnullis videtur, autorem graviſſimum) ſecuti eſſe. Certe quæ ille per totum caput 23. lib. VII. de Bello Judaico, refert de ſtirpe Βαζηγων, in cognomine loco vallis, quæ Machæruntem ab aquilone cingit, naſci ſolita, talia ſunt, ut orientem hanc fabulam ibi agnoſcas. Deeſt quidem humana forma; cætera omnia adſunt, quæ deſcriptionem implent. Proinde pro Βαζηγων referibendum Βαριας, id eſt, Talmudis בר נש. Et ſic quod deſcriptioni deeſt, vel ipſo nomine ſatis indicatur. Atque hæc quidem de אדני השדה; quibus hoc unum addo, in Gemara Hieroſolymitana contra Miſnæ editionum omnium, & MS codicis fidem, pro אדני legi אבני; quod ne temere factum credas, ecce ad Job. V. 23. ubi dicitur, *Quia cum* אבני השדה *lapidibus agri fœdus inieriſti*; R. Salomo ſic commentatur: אבני השדה מין אדם הן, *hominum genus eſt* quod hic dicitur אבני השדה.

1 *Tentorio polluere.*] Num. XIX.

2 *Muſtela ruborum.*] חולדת הסנאים *muſtela ruborum*, & חולדה הדרה בעיקרי בתים *muſtela, quæ degit in adium latebris*, eo modo opponi videntur, quo γαλῆ ἀγρία, & γαλῆ κατοικίδιος Græcis. Attamen in Gemara Baba ca. 80. *a.* muſtela ruborum numeratur inter domeſticas feras, quas nutrire ideo licet, מפני שעשויים לנקר את הבירת, *quia aptæ natæ ſunt* (non, *ad perfodiendas ædes*, ut Bochartus vertit, ſed) *ad domum tutandam*; à muribus ſcilicet, ut exponit R. Salomo. Sed ita forſan legendum לנקורת pro לנקר, i. e. *ad domum* à muribus *liberandam*. Cohen de Lara חולדת הסנאים muſtelam Sinicam eſſe vult. quam eandem Scythicam, & Hiſpanice *marta zebelina* appellari aſſerit. Eodem etiam pertinet, quod Muſaphias ad גלאקינון, (quam vocem R. Nathan affert ex Bereſhith rabba, & quam ille compoſitam vult ex Græcis γαλ- & ξυσ-, & ſignificare pellem muſtelæ magni pretii in terris Septentrionalibus oriundæ) notat eandem muſtelam forſan eam eſſe, quæ in Miſna Tituli Chilaim dicitur חולדת הסנאים.

3 *Arat vel trahit.*] Editi fere omnes למשוך ולהנהיג, ולחרוש, vel ולנהוג, vocibus iiſdem, quæ ſupra 2. ſed mutato ordine. Verum in Talmude Hieroſolymitano, לחרוש ולמשוך. Ita etiam MS codex, quo utor, & veteres membranæ à Jomtobo laudatæ. Ita demum citatur locus Shab. 54. *a.* in Gemara Babylonica. Atque hanc lectionem ſequor. Etenim illud ולהנהיג hic locum habere nequit.

4 *Miſcellarum.*] In veſtibus.

5 *Polluitur.*] Vel polluit. Veſtis lepra infecta polluitur & polluit; & pro diverſa punctatione vox מטמא utrumvis ſenſum exprimit. Paſſiva ſignificatio mihi magis probatur. Vide Nega. XI. 2.

1 *Lana*

in Sanctuario, quam lana & lino. [1] Lana camelina & ovina ſimul commiſtæ, ſi potior pars camelina ſit, [2] licitæ ſunt: ſi vero ovina vincat, illicitæ: & ſi æquis partibus permiſceantur, illicitæ. Ita etiam de lino & cannabo ſimul commiſtis.

2. Ad [3] ſericum & [4] vellus marinum nihil attinet interdictum de miſcellis;

1 *Lana camelina.*] Ita dicunt צמר ארנבים *lana leporina*, & צמר עזים *lana caprina*.

2 *Licitæ ſunt.*] Recte admiſcentur lino in eadem veſte.

3 *Sericum.*] In Gemara Babylonica Shab. 20. *b.* palam diſtinguitur סיריקון à שירים *ſerico*; atque inde eadem diſtinguit R. Nathan. Verum tamen dialecto potius quam re diſtingui videntur; atque ideo Apoc. XVIII. 12. interpres Syrus pro σηρικὸν habet وعزلا, quod noſtrum eſt שירים. Accedit Arabicum سيرا; quod Jauharius quidem interpretatur بُرد فيه خطوط صفر *lacernam flavo ſtriatam*. Ita etiam Phiumius, eum ſecutus. Sed ſi non aliam autoritatem habuit Jauharius, quam verſum Nabegæ, quem affert, non metuo interpretationem illam in dubium vocare. Quod enim Jauharius apud Nabegam صفرا للسيرا interpretatur *Flava inſtar lacernæ flavis pictæ ſtriis*; id ego potius interpretarer, *Flava inſtar ſeri*. Flavedo enim vel color ad flavedinem valde accedens telæ bombycinæ fere naturalis eſt. Videor autem mihi non ſolum errorem, ſed & ipſam erroris occaſionem deprehendiſſe. سير *ſegmentum* eſt *in longum diductum*, & ob ſimilitudinem *ſtria* in veſte. Veſtem inde ſtriatam مسير vocant. Hinc etiam سيرا interpretari voluit Jauharius. Hoc verum eſſe intelliges, ſi apponam verba Zamachſharii ad hanc rem plane egregia. ومنه ثوب مسير مخطط شبهت خطوطه بالسيور ومنه عليه ثوب من السيرا لضرب من برود الحرير *Inde* (nempe à سير) *veſtis ſtriata dicitur* مسير, *ut cujus ſtria ſegmentis oblongis ſimiles ſint. Inde etiam dicitur, Indutus eſt veſte è* سيرا, *de ſpecie quadam lacernæ ſericæ*. Vides Zamachſharium eodem errore, ſed cujus cauſa jam certior, in veſte, quam ipſe agnoſcit ſericam eſſe, vocem سيرا ad ſtrias, non ad materiam referre. Equidem nullus dubito quin ثوب من السيرا exponendum ſit *veſtis è ſerico*; & Arabum vox iſta eadem ſit cum Miſnæ השירים. Chaldaice idem שיראה, ut in ſecunda, quam vocant, Eſtheræ paraphraſi, V. 1. שיראה פרגנן טבא, & VI. 10. שיראה פרגינן, ubi utrobique legendum reor פרגינן, i. e. *ſericum optimum Phrygianum*. Ita שיראא פרגראא Sota, 48. *b.* interpretor *ſericum undulatum*; nam فرند Arabibus eſt *undulatus enſis nitor*. Niſi ſi quis mallet פרגרא pro nomine Gentili habere. Eſt autem فرندان loci nomen Jauhario.

4 *Vellus marinum.*] De כלך ſic Maimonides in Yad. Hal. Chil. X. ויש בכרכי הים כמו צמר שגדל על האבנים שבים המלח הבניתו כתבנית הזהב והוא רך ביותר וכלך שמו ואסור עם הפשתן מפני מראית העין שהוא דומה לצמר רחלים וכן השירים והכלך אסוריין מפני מראית העין *Eſt in maritimis urbibus quiddam lanæ inſtar, quod ſaxis maris ſalſi innaſcitur, auri ſpeciem ferens, molliſſimum, nomine* calac, *quod illicite admiſceatur lino propter externam ſpeciem, qua lanam ovinam refert; uti etiam illicite miſcentur ſericum & calac propter externam ſpeciem.* Ex hac deſcriptione collata cum deſcriptione *velleris marini*, vel *pinnarum lana*, quam ex variis utriuſque linguæ autoribus collegerat Salmaſius in Plinianis, doctiſſimus Bochartus eandem eſſe arbitratur pinnarum lanam & Miſnæ noſtræ כלך. Addit כלך à *Colebis* dici, non illis ad oram ponti Euxini, Iberis & Albanis conterminis, (quanquam & illi ob velleris aurei famam & Argonautarum navigationem percelebres) ſed à *Colebis*, Indiæ intra Gangem emporio, & ei adjacenti ſinu *Colchico*, ubi inſignem pinnici piſcationem, κόλχοι & κολχικὸς κόλπος, agnoſcunt Ptolemæus & Arrianus. Atque hæc quidem ille ſummo cum acumine, ut ſolet. Interim conſiderabit lector, annon ex ipſa voce Græca κόλχος Judæi ſuum fecerint כלך, metatheſi admiſſa, ne idem elementum in initio vocis geminaretur, quod aliquando quidem, ſed raro patitur lingua Hebræa. Κόλχος autem non ſolum pro concha ponitur, ſed & ſignanter pro vellere, lanave ei innaſcenti. Baſilius Homilia ad divites. Τὰ ὄρη τὰ θαλάττια, αὐτὴ, ἡ κόλχος, ἡ πίννα, ὑπὲρ τῆς ὅλης τοῦ σώματος ἔριον.

miſcellis; vetantur tamen propter ſpeciem externam. Ad culcitas & pulvillos nihil attinet interdictum de miſcellis; ita tamen ut corpus ea non contingat. Ne quidem uſus extemporaneus miſcellorum permittitur: neque enim induetur quiſpiam veſte miſcella vel ſuper alias denas, vel ideo quidem, ut eludat telonium.

2. Ad linteola manuum, [1] tonſorum, balnearia nihil attinet interdictum de miſcellis. R. Eliezer in his etiam miſcella vetat. [2] Librorum velamina miſcellorum nomine vetita ſunt.

4. Ad involucra cadaveris, & aſini dorſuale nihil attinet interdictum de miſcellis. Ne quis tamen humero imponat dorſuale iſtiuſmodi, ne quidem ad ſtercoris evectionem.

5. Inſtitores veſtiarii ſuo more [3] vendunt; ita tamen ne in æſtate æſtatis rationem habeant, vel hiemis in hieme. Verecundiores autem baculo ſuſpendunt à tergo.

6. Sartores ſuo more ſuunt; ita tamen ne in æſtate æſtatis rationem habeant, vel hiemis in hieme. Verecundiores autem humi ſuunt.

7. [4] Birros, bardiacos, dalmaticas, [5] calceos è lana ſoloci induere

exponunt פסולת של משי *ſerici recrementum*; & אותן קליפורת שנשארו מן המשי שמוציאין התולעין ואין נותין לטוורת *ipſos folliculos, qui reſtant de ſerico, quos excernunt bombyces, qui non facile nentur.* Ita R. Nathan. Ubi tamen pro שמוציאים, iiſdem literis leviter trajectis mallem legere משיוצאים, *poſtquam prodeunt* bombyces. *Bombycum enim folliculi,* (ut Golius aſſerit ad vocem חֹכֶז) *à papilionibus perrupti, pluſculum coquuntur cum ſapone, emolliuntque & cohærentes à mulieribus in fila ducuntur fuſo.* Utrum vero hoc ſit אגבין קיסרי, quod in Gemara Hieroſolymitana ad hanc locum legitur, vel ut ad Shab. II. 1. in eadem legitur Gemara, אנבין, alii viderint. Id unum moneo, אוגבין in Pſeudo-Uzielide Gen. XLIV. pro ſcypho Pharaonis poni aliquoties, folliculum autem bombycis perruptum ſcyphum vel calicem non male referre. Attamen mihi potior habetur altera illa Maimonidis ſententia. Talem enim lanam ad veſtes adhiberi ſolitam conſtat ex his Procopii De Juſtiniani ædificiis, III. 1. ubi inter Satraparum minoris Armeniæ inſignia numeratur chlamys ex pinnarum lana. Χλαμυς ἐξ ἐρίων πιπτηρῶν, ἃς οὐα τῶ θαλάσσιον ἐκπέφυκεν, ἀλλ' ὑπ' ἀλλάσσης σπουδὶ ζωμῶν, πίνναι τὰ ζῶα καλοῦσι νεοττεύουσιν, ὑφ' οἷς ἡ τῶν ἐρίων ἔκφυσις γίνεται. Serici autem recrementa ad ellychniorum uſum non ſatis apta videntur, ut vel ideo aliud eſſe debeat כלך Shab. II. 1.

1 *Tonſorum.*] Vox ספרים, ut diverſis animatur vocalibus, ſignificat vel *libros* vel *tonſores.* Priore loco *libros* intelligunt Judæi, ſecundo *tonſores*; atque in MS puncta, quæ id exprimant, appoſita reperio. Attamen meo judicio tonſorum lintea cum mantilibus & ſudariis rectius ſociantur, quam Legis velamina. Atque ita eſt puncta Miſnæ Amſtelodamenſis.

2 *Librorum velamina.*] Mappa libro legis ſubſternitur in Synagoga, qua poſt ſingulas lectiones integitur liber legis tantiſper, dum alius ad legendum evocatus accedat anagnoſta. Tales mappæ מטפחות הספרים vocantur.

3 *Vendunt.*] Veſtes vendendas circumferunt.

4 *Birros.*] Maimonides in vocibus his ignorantiam ſuam fatetur; ſoccorum tamen ſpecies eſſe arbitratur. R. Nathan pro ברסין legit ברדסין, & tam illud, quam ſequens ברדסין inter ſtragula numerat. Addit autem alios ברסין vernacule exponere לינא *lanam*, ברדסין *veſtes laneas inconſutiles.* Atque hanc ſententiam vero propiorem auſim affirmare. In titulo extra Miſnæ corpus, qui Semacoth dicitur, capite IX. R. Juda dicit, קורע את הברסים ואת הבדרסים *Qui laceraverit birros vel bardiacos* &c. *non ſatisfacit officio.* Neminem tam fatuum fore arbitror, qui in luctu, ut præcepto de veſtium laceratione ſatisfaceret, ſoccos vel lecti ſtragula lacerare velit. Sed voces ipſas ex Latinis, quas poſui, factas arbitror.

5 *Calceos è lana ſoloci.*] Bene ergo Bertinorius, מגיל שעושות מפסולת הצמר, *Soccus autem faciunt ex lana retrimentis* Eſt enim פינון Græcum πῖλος; quæ vox ſordes quidem ſignificat, & ſpeciatim lanæ; unde πινώδη & πινηρὰ ἔρια apud Hippocratem, *lana ſolox.*

1 *Soc-*

re non licet, niſi habito examine. R. Joſes aſſerit non opus eſſe quæſtionis in iis quæ veniunt ab ora maritima vel à provincia maritima, quia in illis præſumtio eſt de cannabe. Ad [1] ſoccum pedulem nihil attinet interdictum de miſcellis.

8. Non aliud interdicitur miſcellorum nomine præter netum & textum; quia dicitur, (Deut. XXII. 11.) *Non indues* שעטנז, nempe rem שוע [2] *carminatam*, טווי *netam*, & נוז [3] *textam*. R. Simeon Eleazari

1 *Soccum pedulem.*] Maimonides. מנעל של זרב פראשה תכון תחת כף ארגל ימשי מנעל של זרב בהא עלי לוטא ואפרש i. e. *dicitur pedule planta pedis ſubſtratum, quo inambulatur ſuper ſapea & ſtrata*; ut ſolent in oriente. R. Tanchum. מנעל של זרב ויסמי אינצא של זבר מקלוב מן הדא ויסמי של זרד ולמעני ואחד והו עלי ראי בעץ שאשראהין שאכפאף לתי תלבסהא לאגנאד ונחוהם ושרח למשנה קאל פראשה תכון תחת כף ימשי בהא ענר מא יקלע עלי פראש ונחוה לאנהא תכון נציפה לאגל אנהא תחת כף פלא יצלהא טין ולא תראב ולא גיר דלך i. e. מנעל של זרב, *quod dicitur etiam per metathefin* זבר, *atque etiam* זרד *eodem ſenſu, ad mentem interpretum quorundam ocrearum genus eſt, quod milites & ejuſmodi homines uſurpare ſolent. Maimonides autem in expoſitione Miſna pedule eſſe vult ſub ocrea geſtandum, quo exuta ocrea ſuper ſtrata & ejuſmodi inceditur*; *quippe quod mundum eſt, quia, quum ſub ocrea geratur, ad illud non penetrat cornum, pulvis, & cætera ſordes.* Hæc ille in optimo codice Pocockiano. In aliis aliter; ſed diſcrepantiam ad nos non multum attinet annotare. In his autem illud obſervabit lector, Tanchumum pro Maimonidis כף ארגל i. e. كف الرجل *planta pedis*, perperam ſubſtituere כלף, (ita enim hic legi neceſſe eſt) i. e. الخف *ocream*. Quid autem de voce זרב, vel זבר, vel זרד, prout varie ſcribitur, ſtatuam, non eſt in promtu. Si זרב rectum ſit, quod in MS, & Talmude Hieroſolymitano comparet, non multum diſtare videtur ab Arabico جورب, quod etiam pedule ſignificat.

2 *Carminatam.*] Maimonides *lavigatam* exponit; & intelligit ultimum in pannificio opus, quo panni jam facti perpoliuntur. Nos aliorum ſententiam ſequimur, qui primum in pannificio opus intelligunt, id eſt carminationem; quæ, præter coactionem, unica in coactilibus adhibetur, ut hæc ſententia firmetur à ſequenti paragrapho.

3 *Textam.*] Vocem נוז alii *textum*, alii *contextum* exponunt. Sed vox mere fictitia eſt ad ineptum etymon adſtruendum excogitata. Maimonides quidem ex lingua Armena accerſendam arbitratur. ונוז הו אן ינסג מנחמא נמיעא נסיגא והו מן לגה ארמאניין ומענאה ענדהם שאתצאל ושאתחאד. *Dicitur* נוז, *cum tela ſit ex utriſque* lana & lino, *nempe ex Armenorum lingua, apud quos illa vox conjunctionem ſignificat, & unionem.* Eadem fere R. Tanchum. Sed quidni ex lingua Sinica pari jure originem vocis Hebrææ petunt? Nec vero ulla vox eſt in lingua Armena, quæ huic ſimilis ita ſignificet. Addit Maimonides veſtem nullam pro miſcella ex lege habendam, חתי תנתמע פיה הדרה שתלתה אוגה כלהא וכלמא עדי דלך אנמא הו כלאים מדברי סופרים והדא קטוע צחיח לא שך פיה והו נץ תלמוד פאן ונדת כלאמא יכאלפה לאחד פלא ירא לך שך אנה נאס לדלך שנץ שמנצוץ פי גמר נדה, *niſi conveniant in ea omnia hac tria. Qua aliter ſe habet, miſcellam quidem eſſe ex placitis Scribarum. Hæc autem vera eſt deciſio, de qua nulla eſt dubitatio, cum ipſiſſimus ſit Talmudis textus. Si autem quenquam contra ſentire animadvertas, ne dubites, quin oblitus ſit textus illius propoſiti in Gemara Nidda.* Hæc eodem modo ſe habent in verſione Hebræa R. Judæ Harizii. Attamen in Arabico codice MS, quo viri optimi beneficio utor, inverſo ſtylo deletis omnibus à voce סופרים *Scribarum*, hæc repoſita invenio. הכרא לכר בעץ לאנונים והדא ענדי גיר צחיח בל כל ואחד מנהא כלאים שלתורה ודלך אנץ שמרכור פי גמר נדה פלים הו נץ תלמוד בל פירוש: *Ita Gaonum nonnemo. Hoc autem mihi minime verum videtur. Enimvero unumquodque eorum miſcellum ex lege eſt. Textus autem ex Gemara Nidda allatus, non eſt Talmudis textus, ſed gloſſema.* Locus Gemaræ eſt Nid. 61. *b.* ubi cum Mar Zutra שעטנז interpretatur שוע כוווי ונוז *rem carminatam, netam, & textam*; Rab Aſes autem contendat exponi poſſe, או שוע או טווי או נוז, *vel carminatam, vel netam, vel textam*, ut ita quodlibet eorum ſufficiat; ſubjicitur, והלכתא כמר זוטרא מרפקינהו רחמנא בחדא לישנא. *Hiſtitio ſequatur ſententiam Mar Zutræ, ideo quia Deus tam iſta effert una v. c.*

1 *Ter-*

zari filius dicit, [1] Tergiverſatur, & tergiverſari erga ſe facit patrem ſuum qui eſt in cœlis.

9. Coactilia vetita ſunt quia carminata. Limbus laneus cum linea *tela* illicitus, quia telæ ritu reciprocantur. Faſciæ ex purpura [2] illicitæ, quia [3] aſſutæ demum conſtringuntur. Non una alligabit quiſquam laneum & lineum ſegmentum, ut iis lumbos accingat, ne quidem vel medio interveniente loro.

10. Textorum fullonumque ſigna diverſi generis vetita ſunt. Unica acus trajectio non efficit [4] conjunctionem; nec ea violatur interdictum de miſcellis; & qui illam ſabbatho ſolvit inſons habetur. Si ambo capita ad eandem partem ſint, fit conjunctio; atque ibi locum habet interdictum de miſcellis; & ſons eſt, quicunque ſabbatho ſolvit.

1 *Tergiverſatur.*] Vult R. Simeon ultimam partem vocis שעטנז ex לוז vel נלוז deformatam, quæ tergiverſandi ſignificationem habet, quia tergiverſatur, contra Deum & religionem rebellis, quicunque miſcella veſte utitur. Ineptiſſime.

2 *Illicita.*] Subintellige, *ad pallium lineum conſtrm endum.*

3 *Aſſuta.*] Maimonides מולל exponit verbo Arabico فتل, quod ſignificat *contorquere*. Id Hebræis dicitur שור. Quid autem ſit מלל hoc loco multo certius nos docet lingua Arabica. Arabibus مل ſignificat, *prima & rudiore ſutura veſtem conſuere*, ut concinnius tandem reſuatur. Dicitur مللت الثوب, inquit Jauharius, اذا خطته الخياطة الاولي قبل الكف, *quum veſtem conſuat prima vice ante* كف, ſeu *legitimam & juſtam futuram*. Idem in كف ſic: كففت الثوب اي خطت حاشيته وهي الخياطة الثانية بعد المل, *Dicitur* كففت الثوب *quum oram veſtis* (duplicatam utique) *denuo ſuis, quæ ſecunda eſt futura poſt* المل. Zamachſharius, مل الخياط الثوب ثم كفه, *Conſuit ſartor veſtem, deinde reſuit*. Et mox المل exponit الخياطة الاولي *futura prima*. Iiſdem Arabibus شل dicitur ſenſu non multum alieno. Dicitur enim شللت الثوب, inquit Jauharius, اذا خطته خياطة خفيفة *quum veſtem leviter ſuis*. Hæc ad locum noſtrum optime facere intelliges, ſi apponam Baraitam unam & alteram ex Moed caton 26. *a. b.* de reſuendis veſtibus in luctu laceratis, ubi tam מולל, quam שולל hoc ſenſu occurrit. תרי וכולן רשאין לשוללן ולמוללן וללוקטן ולעשותן כמין סולמות אבל לא לאחותן, *Tradunt Rabbini, Univerſis licitum eſt leviter reſuere, conſuere, connectere, ſcalarim committere,* (i. e. ita ut laxior ſutura inter hiantes rupturæ oras ſcalarum ſpeciem referat,) *non autem reſarcire*. Alia Baraita ibidem. תרי הקורע מתוך השלל מתוך המלל מתוך הלקט מתוך הסולמות לא יצא מתוך האיחוי יצא, *Tradunt Rabbini, Qui lacerat veſtes qua parte leviter reſuta vel conſuta ſunt, in connexione vel in ſcalari commiſſura, non fungitur officio lugentis; qua parte reſarta ſunt, fungitur officio lugentis*. Sunt adeo מלילה, שלילה, לקיטה, & סולמות quatuor ſuendi & reſarciendi differentiæ ab איחוי omnes diverſæ. Eſt autem איחוי, ut Author Toſephoth ex Talmude Hieroſolymitano ad locum laudatum, כל שאין מקומו נכר *talis concinnatura, ut locus agnoſci nequeat*. Anglice vocamus **fine-drawing**. Hoc ſenſu מולל hic exponit R. Samſon, & ex eo Bertinorius, optime, ut ego reor. Faſcias purpuræ pretio inſignes noluit quiſquam ad pallium cingendum niſi aſſutas adhibere, ne ſolutæ perderentur. Illicitum autem faſciam laneam lineo pallio aſſuere.

4 *Conjunctionem.*] Ut pro uno habeantur panni ita connexi, adeoque polluto uno, polluatur & alter; vel vice verſa, aqua luſtrali in unum irrorata, effectus ad alterum tranſeat.

vit. R. Juda negat, niſi tertio trajiciatur. [1] Saccus & cophinus conflantur quoad jus miſcellorum.

[1] *Saccus & cophinus.*] Maimonides. וקולה והשק והקופה מצטרפין לכלאים יריד בד אנה אדא גמע תוב לצוף ולכתאן ווצל המא בקטעה שק או קופה פקד אצאפהא לשק או לקפה בעצין וצאר להא נוע מן לאתצאל וצארת כלאים ולא יגוז לבאס דלך לתוב לחמול מן מנמועהא ללאנסאן

Quod autem dicit, Saccum & cophinum conflari quoad jus miſcellorum, eo intelligitur; ſi quis ſimul connectat veſtem laneam & lineam mediante ſacci vel cophini fruſto, ita ut eas invicem conjungat ſaccus vel cophinus, adeoque aliquo modo uniantur, id ita miſcellum fieri, veſtemque ita compoſitam ab homine non licite indui. Ita ſcripſerat Maimonides, atque ita apud eum legit R. Juda Harizius interpres Hebræus, quanquam non intellexit. Caterum in optimo codice Maimonidis mox laudato, ſive ipſe Maimonides, ſive alius quis, deletis illis בקטעה שק ווצלהמא, ſic reſcripſit, פי חמל ואחד לבאס דלך לתוב & pro illis לחמול מן מנמועהא ללאנסאן ſic iterum נקל אן דלך לחמל או לקופה עלי טהר אנסאן

Ita ſonant verba: ------*ſi quis conjunxerit veſtem laneam & lineam in eadem ſarcina vel cophino, ita ut eas invicem conjungat ſaccus vel cophinus, adeoque aliquo modo uniantur, id ita miſcellum fieri, nec licite bajulari ejuſmodi ſarcinam vel cophinum ſuper hominis dorſum.* Bertinorius aliter locum exponit, ſic: *ſi fruſtum veſtis lanea ſacco adjicatur, & fruſtum veſtis linea cophino, ſaccus vero & cophinus duplici acus trajectione connectantur, ea conflari, adeoque miſcellum fieri.* Ego de ſanitate hujus loci multum dubito.

TIT. V. SHEBIITH.

SIVE

DE JURE ANNI SEPTIMI.

De Agricolationis in eo intermißione, Exod. XXIII. 10, 11. Lev. XXV. 1, 2, &c. & æris alieni remißione Deut. XV. 1, 2, &c.

CAP. I.

1. QUOUSQUE licet obarare agrum arboribus conſitum [1] anno ante ſeptimum? quamdiu fructibus conducit, ut Sammæanis placet. Hillelæi cenſent ad [2] Pentecoſten uſque. Atque horum ſententia proxime accedit ad ſententiam illorum.

2. Quinam eſt ager arboribus conſitus? quicunque ternas habet arbores intra ſati ſpatium. Si illæ conficere poſſunt maſſæ palathæ minas Italicas ſexagenas, earum cauſa totum obaratur agri ſatum: ſin minus, non amplius quam extra arborem quantum ficitorem & caniſtrum capiat.

3. Ea-

1 *Anno ante ſeptimum.*] Ut in dierum ſeptimana feria ſexta Judæis dicitur ערב שבת *pridie ſabbathi*, παρασκευή, *anteſabbatum*, & feria prima poſtridie ſabbathi, מוצאי שבת *exitus ſabbathi*; ita in annorum ſeptimana annus ſextus dicitur ערב שביעית, quaſi dicas, (ſi venia duriori metaphoræ) *annus ſeptimi pridianus*, vel *annus anteſabbaticus*: & annus primus inſequentis ſeptennii מוצאי שביעית, *exitus anni ſeptimi*.

2 *Pentecoſten.*] Vox עצרת in ſacris literis ponitur pro ultimo die panegyris paſchalis & Scenopegiæ, quod vulgatis Lexicographis notatum; atque id ob hanc rationem, quia diebus iſtis celebriora haberentur populi comitia ſacra. Hæc enim vera eſt hujus vocis notatio, ut vel ex unico Jeremiæ loco IX. 2. clariſſime patet. Ibi LXXII. Interpretes pro עצרת habent συνόδος, Chaldæus מיעת, Syrus ܟܢܫܐ, Hieronymus *cœtus*, eodem omnes ſignificatu. Comitia enim mutuo preſſu & arcto hominum ſtipatu conſiſtunt, quæ vocis עצרת notio. Melius hoc, quam quod affert Kimchius, עצרת dici feſtam ſolennitatem, quia in ea נעצרים ונמנעים העם בו מעשות כלאכה *reprimitur & cohibetur populus ab opere faciundo.* Quod addit, octavum diem ſcenopegiæ hoc nomine peculiariter præ cæteris venire teſtis, ut verum concederem quoad uſum vocis in ſacro textu, (ubi tamen ſeptimo paſchatis etiam tribuitur) certe, ſi uſum reſpiciamus popularium ejus antiquiſſimorum circa & paulo poſt Chriſti tempora, planiſſime pernegandum eſt. In Miſna enim frequentiſſime pro Pentecoſte ponitur, cujus rei exempla luculentiſſima habes Biccur. I 6. & Becor. IX. 5. & exerte Joſephus Ant. III. 10. τῇ πεντηκοστῇ ἣν ἑορτὴν ἀσαρθὰ καλοῦσι. *Aſarthà* eſt עצרתא dialecto populi è Babylonia reducis.

1 *In*

3. Eadem eſt ratio arboris infelicis & eſculentæ; eas æſtimant ac ſi ficus forent: & ſi ita conficere poſſint maſſæ palathæ minas Italicas ſexagenas, earum cauſa totum obarant agri ſatum: ſin minus, duntaxat quantum ſufficit.

4. Sive una efficere poſſit maſſam iſtam palathæ, & aliæ binæ nihil efficiant; ſive binæ efficere poſſint, & tertia nihil efficiat; non plus illis obaratur, quam quantum ſufficit; idque à ternis novenas uſque. Si denæ ſint, vel plures, ſive facere poſſint, ſive non, propter eas obaratur integrum agri ſatum. Quemadmodum dicitur, (Exod. XXXIV. 21.) [1] *In ſementi & meſſe ceſſabis.* Nihil opus fuit ita præcipere de ſementi & meſſe anni ſeptimi. Pertinet ergo ad ſementim anni ante ſeptimum, quæ in ſeptimum incurrit; & ad meſſem anni ſeptimi, quæ in exitum ſeptimi evadit. R. Iſmael ſic loquitur: Qualis ſementis? quæ ex arbitrio: ergo meſſis etiam quæ ab arbitrio pendet; ut exemta ſit [2] præmetii meſſis.

5. Trium hominum arbores ternæ conflantur, ut earum cauſa obaretur integrum agri ſatum. Quantum autem ſpatii intercedere debet? Rabban Simeon Gamalielis filius cenſet, quantum bubus cum inſtrumentis tranſitum præbeat.

6. Plantis denis ſine ordine poſitis intra ſati ſpatium, earum cauſa obaratur integrum agri ſatum ad annum uſque ineuntem. Si in lineam diſpoſitæ ſint, vel coronæ ritu circumflexæ, non amplius obarandum eſt quam quantum neceſſario poſtulant.

7. Plantæ & cucurbitæ conflantur intra ſati ſpatium. Ubi denæ habentur cucurbitæ intra ſati ſpatium, Rabban Simeon Gamaliclis filius integrum agri ſatum ad annum uſque ineuntem obarari poſſe cenſet.

8. Quamdiu dicuntur plantæ? donec [3] profanantur, ut placet R. Eleazaro Azariæ filio. R. Joſua autumat arbuſculas ſeptennes ita

1 *In ſementi &c.*] Hunc textum ergo interpretantur de operis intermiſſione reſpectu anni ſeptimi. Aliter, & multo ſanius R. Iſmael de operis intermiſſione die ſabbathi etiam tum cum ſementis agitur, vel meſſis. Ex eo autem quod nulla datur ſementis, quæ non ſit arbitraria, concludit præceptum ad eam etiam meſſem duntaxat extendi debere, quæ arbitraria etiam ſit; ut præmetii meſſis, quæ arbitraria non eſt, ſed juſſu divino imperata, quolibet die rite peragatur, & quod aiunt, vel ipſum ſabbathum pellat.

2 *Præmetium.*] Ita appello manipulum illum, quem meſſe auſpicaturi, poſtridie Sabbathi Paſchalis præmeſſum, offerre tenebantur, & coram Deo rite agitare. Lev. XXIII. 10. &c. Præmetium Romanis dicebatur, quod prælibationis cauſa præmetebatur Cereri ſacrum, ut ex Feſto liquet.

3 *Profanantur.*] Poſt quadrimatum completum. Maimonides addit, vel currente anno quarto poſtquam adæratione redimantur: quod non probo. Habet quidem ille ex Talmude Hieroſolymitano, ubi legitur, מהו עד שירולו עד שיפרו או עד שיעשו חולין מאליהן *Quid eſt illud*, donec profanantur? *donec redimuntur, vel donec ultro fiant profana.* Sed ibi ſtatim ſequitur, R. Abbam Jacobi filium R. Johannis nomine ſic referre, כיני מתניתא עד שיעשו חולין מאליהן *Sic eſt ſenſus Miſnæ; Donec ultro fiant profana.* Profecto actio illa adærandi fructus profanos reddit; ipſas arbores nullo modo afficit.

ita vocari. R. Akiba dicit, plantam dici quicquid eo nomine ſignificatur. Arbos quæ ſucciſa infra altitudinem palmarem, ſoboles citaverit, pro planta habetur, ſupra altitudinem palmarem pro arbore. Ita R. Simeon.

CAP. II.

1. QUouſque licet [1] agrum albentem ſubigere anno ante ſeptimum? dum nondum deficit ſuccus quamdiu homines ſolent cucumeraria & cucurbitaria ſationis ergo exarare. Inquit R. Simeon; Unumquemque ita arbitrio ſuo permiſiſti. Verum agrum albentem ad Paſcha, agrum arboribus conſitum ad Pentecoſten.

2. Stercorare & fodere licet cucumeraria & cucurbitaria ad annum uſque ineuntem: atque ita in [2] viridariis. [1] Ab-

1 *Agrum albentem.*] Id eſt השדה הלבן. Ita autem vocant agrum frumentarium, vel arvum ſementi paratum, quia umbra caret, ut volunt nonnulli. Forſan melius inde, quia matureſcens ſeges in meſſem albeſcit. Vide Joh. IV. 35.

2 *Viridariis.*] Non aliunde magis apparet Judæorum in Miſna ſua interpretanda oſcitantia & ſtupor, quam ex eo quod בית השלחים *agrum* exponunt *ſiticuloſum*, ſqualore veluti deſeſſum & languentem. Præeunt in hac ſententia Gemariſtæ Babylonici ad Moed cat. I. 1. ubi in hac verba ineptiunt. מאי משמע דהאי בית השלחין לישנא דצחותא היא דכתיב ואתה עיף ויגע ומתרגמי ואת נישלהי ולאי; ubi pro נישלהי reponendum משלהי. i. e. *Quid ſignificat hoc* בית השלחין? *Ariditatis notio ei competit. Quippe quod ſcriptum eſt* (Deut. XXV. 18.) cum tu deſeſſus eſſes & fatigatus, *id Chaldaice interpretatur*, ואת משלהי ולאי. Nugaciſſima eſſe hæc nemo non videt. שלחים & משלהי, voces ſunt plane diverſæ; nec minus differunt notiones laſſitudinis & ariditatis. Et tamen Judæi Juris interpretes in hanc ſententiam cæci ruunt. Maimonides etiam in antiquiſſimo codice Huntingdoniano pro שלחים, aliquoties habet שלהים. Ibi etiam confundit cum בעל, de quo mox ¶ 9. בית השלהים ארץ שבעל והי שעטשנרת ארץ בית השלהים. i. e. *idem eſt* בעל, *id eſt terra ſiticuloſa.* Ubi interpres Hebræus illud ארץ שבעל prudens magis, quam fidelis omittit. R. Tanchum autem Maimonidem & hic ſequitur. Sed in ipſa Miſna שדה הבעל à בית השלחים diſtinguitur aperte. Baba bat. III. 1. Tolerari tamen hæc poterint forſan, ſi Miſnæ ſenſui, ubicunque hæc vox occurrit, ita ullo modo ſatis fieret. Sed profecto dantur Miſnæ loca, ubi hic ſenſus omnino ſtare nequit. Talis eſt ille Baba bat. IV. 7. *Vendita urbe vaneunt ædes, ciſternæ, putei, ſtelunceæ, balnea, columbaria, trapeta, &* בית השלחין. Ubi manifeſto patet eo intelligi aliquid, quod urbi accenſetur. Ibidem III. 1. inter eaſdem res numeratur, & iis accenſetur, quæ fructum jugiter faciunt. Proinde Gemariſtæ ad priorem locum ab altera illa interpretatione recedere coguntur; atque illic exponunt per באגי & גנוניתא; inter quæ qui ibi differentiam ponere volunt, ii nodum in ſcirpo quærunt. Nam באגי eſt Perſicum בּאג, quod idem ſonat cum Chaldæo גנוניתא. Utrumque hortum, vel amœnum viretum ſignificat. Perſicum בּאג exponitur à nonnemine Φραγκισκῷ *locus amœnus, locus recreationis.* Regius Babylone hortus ſignanter ita dictus videtur in illis Plinii. *Clariſſima omnium, quas regias appellavere ab honore, quoniam regibus tantum Perſidis ſervabantur, Babylone natæ uno in horto Bagou.* Pro ſpadonis nomine *Bagou* ibi habet Plinius. Mihi potius ita dictus videtur regius hortus: quod & illa Plinii, quæ ſequuntur confirmant. *Hortus ille nunquam niſi dominantis in aula fuit.* Proinde apud Theophraſtum ſic locum emendare velim, unde hæc Plinius. φράσει τὸ μέγα τοῦ Βάγα κῆπος τοῦ παλαιοῦ ἐν Βαβυλῶνι. In vulgatis legitur Βάτις —— τοῦ παλαιοῦ. Hinc nomen ad alios hortos traductum. Bertinorius ergo ad iſtam Miſnam, בית השלחין exponit גנות ופרדסין השייכין לעיר *hortos & paradiſos, qui ad urbem pertinent*; cum alibi ſemper pro agro ſiticuloſo habeat. Atque hæc vera mihi videtur בית השלחין

[1] Abnodare arbores, frondare, pulverem excitare, ſuffumigare licet ad annum uſque ineuntem. R. Simeon aſſerit, etiam pampinum de uva recte detrahi anno ſeptimo.

3. Solum elapidare ad annum uſque ineuntem licet. Arbores detruncare, putare, [2] expurgare ad annum uſque ineuntem licet. Qualis eſt putatio & expurgatio [3] anni quinti, talem R. Joſua aſſignat anno ſexto. R. Simeon dicit, Quamdiu licet mihi arborem colere, expurgare etiam licet.

4. Plantas ſordibus oblinere, circumligare, [4] cinere perfundere, caveis emunire, rigare ad annum uſque ineuntem licet. R. Eleazar Sadoci filius in ipſo anno ſeptimo frondem licite rigari arbitratur, non autem radicem.

5. Groſſi recte [5] perunguntur & ſcalpuntur ad annum uſque ineuntem. Groſſi anni ante ſeptimum, qui in ſeptimum incurrunt, atque ſeptimi, qui in exitum ſeptimi evadunt, nec perunguntur nec ſcalpuntur. R. Juda dicit, Ubi ſolent perungere non perungunt, quia ea eſt cultura. Ubi ſolent non perungere, ibi licet perungere. R. Simeon id [6] in arbore permittit, quia arborem colere licet.

6. Non

השלחין ſignificatio, ut ager ſit hortenſis, eximie cultus, & aſſidue rigatus; unde etiam Baba metz. IX. 2. ad eundem neceſſario requiritur perennis fons, ex quo rigari poteſt. Et hanc quidem vocis notationem in textu ſacro habemus. Ut שלחיך פרדס רמנים *horti tui paradiſus malorum punicarum.* Cant. IV. 13. ubi R. Baruc Aben-Jaiis, commentator luculentus, Conſtantinopoli impreſſus, necdum ſatis notus, שלחים exponit גנורת *hortos*; afferens etiam בירת השלחים è Talmude. Nec multum aliter Kimchius, & ex eo Aben-Melecus. Hinc etiam piſcina juxta hortum regium vocatur ברכת השלח *Piſcina horti.* Nehem. III. 15. Atque hic quidem ſenſus ubique congruit. Eximie autem in locis iſtis ex Baba bat. citatis; & in alio illo ejuſdem tituli II. 13. ubi arbor, quæ in alterius agrum propendat, eatenus ſublucari jubetur, ut bubulcus ſtimulum libere vibrare poſſit; ſin ager ille בית השלחין ſit, ſive amœnum viretum, arbor ita propendens ad amuſſim penitus prætonderi debet. Rectius ergo quam cæteri R. Samſon ad hanc noſtram Miſnam בית השלחין pro horto habet. Denique locus hic aliter diſtingui poteſt, forſan debet. *Atque ita in viridariis abnodare &c.*

1 *Abnodare.*] Ita interpretor מיבלין. Verum quod pro eo legitur in Gemara Moed cat. 3. a. מזבלין ex hac Miſna, id mendoſum eſt. R. Salomo tamen id in commentariis habet, & explicat ac ſi tanum foret. Idem mendum in Siphra, & in Aaronis ibi commentario. Sed Siphra MS, מובלין. Idem etiam in Peſiſta zoterta, & Quæſtionibus Ahæi Gaonis.

2 *Expurgare.*] Veteres & emortuos ramos deputando. Et hic etiam in eodem loco Moed cat. pro מפסלין, legitur מפסגין, quod ibi agnoſcunt RR. Salomo & Nathan; & quod, ut illis placet, ſignificat arborem nimio virore in terram repandam ſtatumine fulcire. Ita etiam R. Aaron Abenhaitmus in commentario ad Siphram, quanquam מפסלים ibi legatur in ipſa Siphra, tum impreſſa, tum MS; in Peſiſta zoterta, & Quæſtionibus Ahæi Gaonis.

3 *Anni quinti.*] Vel alius cujuſlibet communis. Non autem iſtam culturam adhibere ſolent ad novum uſque ineuntem annum in anno quolibet communi.

4 *Cinere perfundere.*] Ita קוטמין interpretantur nonnulli. Alii potius, *decacuminare*, vel *ramuſculos frafringere*: ut *thallus* & *ſalix* נקטם ראשו, *praſracto capite.* Suc. III. 1. Sed de his vocibus univerſis vide ſynopſin R. Nathanis in זבל.

5 *Perunguntur & ſcalpuntur.*] Vide quæ nos ſupra ad Demai I. 1.

6 *In arbore.*] Fructu, quem in anno ſeptimo creavit, etiam poſt eum annum adhuc onuſta. Permittit autem R. Simeon iſtiuſmodi fructum perungere & ſcalpere, non ideo ut fructus maturius percipiatur; ſed ut ita arbori conſulatur, quæ quanto maturius onus exuit, tanto citius ad novam prolem procreandam vires reſumit. Atque hoc eſt quod in Siphra legitur, כיון שיצאת שביעית אף על פי שפירותיו שמיטת מותר אתה לעשות מלאכה בנופו של אילן אפילו פירותיו אסורין עד טו׳ בשבט

6. Non pangitur arbor, nec ſternitur, nec inſeritur anno ante ſeptimum intra tricenos dies ante annum ineuntem. Sive autem depacta ſit, ſive ſtrata, ſive inſita, revellitor. R. Juda aſſerit omnem inſitionem, quæ intra triduum non comprehendit, deinceps nunquam comprehendere. RR. Joſes & Simeon, intra duas ſeptimanas.

7. Oryza, milium, papaver, ſeſama, quæ radices egerint ante annum ineuntem, decimantur [1] pro ratione anni præteriti, & [2] licite percipiuntur in ſeptimo. Sin vero, illicite percipiuntur in ſeptimo, & decimas ſolvunt pro ratione anni inſequentis.

8. R. Simeon [3] Sezorita eandem eſſe vult conditionem fabæ Ægyptiæ ab initio ad ſemen ſatæ. R. Simeon eandem eſſe vult conditionem ciceris majuſculi. R. Eleazar ait, cicer majuſculum, ſi ſiliquam ceperit ante annum [4] ineuntem.

9. [5] Cæpæ ſpadones & faba Ægyptia, à quibus ſubtracta fuerit aqua per triginta dies ante annum ineuntem, decimantur pro ratione anni præteriti, & in ſeptimo licite percipiuntur. Sin vero, illicite percipiuntur in ſeptimo, & decimas ſolvunt pro ratione anni inſequentis. [6] In ſiccaneo autem campo natæ, à quibus ſubtracta eſt

Exeunte anno ſeptimo, utcunque fructus ejus remiſſionis juri ſubſint, licet tamen tibi opus facere in ipſamet arbore, quantumvis fructus ejus illiciti ſint uſque ad diem quintam decimam menſis Sebat.

1 *Pro ratione anni præteriti.*] Ut ſi annus præteritus, in quo radices egerint, tertius vel ſextus fuerit heptaeteridis, decimas pauperum ſolvant, utcunque quarto demum vel ſeptimo maturuerint. Sin primus, ſecundus, quartus vel quintus, decimas ſecundas. Vide quæ nos ad Pea VIII. 2.

2 *Licite percipiuntur in ſeptimo.*] Cum annus præteritus ſextus fuit.

3 *Sezorita.*] Ita enim שזורי denominativum eſt à שזור. Eſt autem שזור, ſive ut Arabes ſcribunt شيزر, oppidum ad Orontis meridionalem ripam inter Epiphaniam & Antiochiam ſitum. Ita Arabum Geographi Edriſius & Abulfeda. Fallitur ergo Maimonides, qui in Præfatione commentariorum in Miſnam, quam nobis impreſſam dedit Cl. Pocockius noſter, Simeonem hunc ab arte, quam exercuit, tanquam à ſerici contorſione ita dictum, cognomen inveniſſe ſcribit. Adeouſque cæci ſunt iſti homines in rebus ſuis.

4 *Ineuntem.*] Supple ex ſuperiore paragrapho, *decimatur pro ratione anni præteriti*, &c.

5 *Capæ ſpadones.*] Gemara Hieroſ. כוצל ייא כופריא דלא עברין זרע *Capæ Cypria quæ non ferunt ſemen.* Forſan potius cæpæ Aſcaloniæ, de quibus ſic Theophraſtus. Ἡ δὲ ἀσκαλωνίων ἰδία τῆς ἡ φύσις. μόνα γὰρ ἐκριζοῦσι καὶ ἀπαιροῦσι ἀπὸ τῆ ῥίζης. ἵνα δὲ ὑπὸ τοῦτο ἀγαυξῆ καὶ ἀνιπίδοται. διὸ καὶ ὁ πηγύνυσιν ἀλλὰ σπειρουσιν αὐτά. Hiſt. Plant. VII. 4. Hinc Plinius, XIX. 6. *Aſcaloniarum propria natura. Etenim veluti ſterilescunt ab radice, & ob id ſemine ſeri illas, non deponi juſſere Græci.*

6 *In ſiccaneo &c.*] Et hic iterum cæcutiunt Judæi juris interpretes, ſaltem recentiores. Neſciunt enim quid ſit בעל, quanquam ſæpiſſime in Miſna recurrat, ut Terum X. 11. Suc. III. 3. & Baba bat. III. 1. R. Salomo ad Baba bat. agrum eſſe ait המסתפקת במי גשמים, *qui ex aqua pluvia ſubſiſtit*, non aliunde rigata. Ad Succa ſic קרקע שאינה צריכה להשקות רסבי ליה במטר השמים *agrum, qui non opus habet rigatione, quippe cui abunde ſufficit cœlitus demiſſa pluvia.* Et hæc quidem non uſquequaque male; quanquam vel ex hac Miſna noſtra conſtet בעל agrum eſſe, in quo rigatio aliqualis ſaltem uſurpatur. Sed hæc R. Samſonem & qui eum exſcribit, Bertinorium, in fœdiſſimum errorem conjecerunt. Illis בעל eſt שרה שהוא בעמק ומלוהלחת ואין צריך להשקותה, *ager in valle, uliginoſus, quem proinde non opus eſt rigare.* Non quicquam dici potuit ſenſui hujus vocis magis contrarium. Maimonides, ſi fieri poteſt adhuc fœdius, בעל cum בית השלחין confundit, cum palam diſtinguantur in ipſa Miſna Baba bat. III. 1. R. Tanchum autem in Lexico

multo

est aqua duarum rigationum. Ita R. Meir. Sed Sapientes dicunt, trium.

10. Cu-

multo melius describit בעל, ut sit ארץ שעטשאנה אתי לא תסקי גיר מא תשרבה פי אשתא מן אסטר *terra siticulosa non alunde rigua quam à pluviâ, quam hyeme imbiberit.* Ego vero hujus vocabuli significationem multo certius docebo tum ex Misna Terum. X. 11. tum ex usu ejusdem in lingua Arabica. In isto Misnæ loco opposita habemus שקיא & בעל, plane ut *riguis siccanea* apud Columellam. כרוב של שקיא עם כרוב של בעל *Brassica rigua*, vel *agri rigui, cum brassica siccanea*, vel *campi siccanei.* Bertinorius ad hunc locum שקיא exponit, ארץ יבשה שצריך להשקותה *terram aridam rigationis indigentem*; & è contrario בעל interpretatur, ארץ לחה שאין צריך להשקותה *terram uliginosam rigationis minime indigentem.* Nempe, ut בעל sit solum uliginosum, etiam notissimam vocem שקיא à certa & propria sua significatione deflexit. Sed שקיא pro loco suapte natura riguo centies in Chaldæis occurrit Paraphrastis. Exemplum affero ex Oncelo, Gen. XIII. 10. *vidit omnem planitiem Jordanis* ארי כוליה בית שקיא *quod tota erat rigua.* Hinc etiam vetus & optimus Glossogr. Syrus Anonymus حبة عصا الارض السقي, *terram riguam* حبة عصا dici significans. Scio tamen בית & שקיא, שקיא, apud Chaldæos, adeoque & Syriacum عصا, non modo pro solo suapte natura riguo, sed etiam pro illo, quod arte rigatur, poni. Significat adeo locum quoquo modo riguum. Jam ergo בעל ei oppositum siccaneum erit solum. Columella II. 17. *Ejus ergo animadversimus duo genera, quorum alterum est siccaneum, alterum riguum.* Et supra cap. 2. *De siccaneis & riguis non comperimus utra numero vincant.* Hoc amplius apparet ex lingua Arabica, ubi بعل exponente Mohammede Phiruzabadio est الارض المرتفعة تمطر في السنة مرة وكل نخل وشجر وزرع لا يسقى او ما سقتها السما

Editior terra semel quotannis pluvia permadens; item quicquid est palmarum, arborum, satorum, quod non rigatur omnino, vel cœlitus tantum. Ubi præterquam quod terræ attribuitur non riguæ, tribuitur etiam palmis, arboribus, satis non riguis, plane ut ulmi Atiniæ siccaneæ riguis opponuntur apud Plinium XVI. 17. Huc etiam facit quod Ismael Jaubarius بعل exponat, النخل الذي يشرب بعروقه ويستغني عن السقي

Palmam, quæ radicibus humorem attrahit, rigationis non indiga. Addit autem Abuamrum & Asmæum (vel ut ex eo legitur apud Phiumium, Azharæum) dissentire de significatione vocis بعل. Ille عذي & بعل synonymice dici contendit quicquid cœlitus rigatur. Hic eam inter ista differentiam ponit, ut بعل dicatur quicquid cœlitus rigatur; عذي quod nec cœlitus nec aliunde, sed radicibus suis tantum nutritur. Quod autem ad rem nostram plane facit, est versus ille Poetæ à Jauhario laudati, & ejus ad eum nota. Versus sic est

اذا ما علونا ظهر بعل عريضة

Cum superavimus dorsum campi late patentis. Ubi Jauharius notat بعل non significare campum quemlibet, sed ارض مرتفعة لا يصيبها سيح ولا سيل

editiorem terram, quam nunquam attingit aqua fluxus, vel torrens. Quod autem Misna nostra loquatur de rigatione בעל, quæ res nec بعل Arabum hactenus descripto, nec siccaneis Columellæ convenire videtur; (Nam & Columella rigationem plane excludit, verbis prius citatis, *quorum alterum est siccaneum, alterum riguum*, hæc subjungens; *Lato pinguique campo non desideratur jactuosa rivus, meliusque habetur siccum, quod suapte natura succoso gignitur solo, quam quod irrigatum aquis elicitur.*) id accipiendum est de rigatione manu facta, non per rivos in campum inductos, quod nec patitur quidem situs campestris editior, qualem exprimit versus supra laudatus. Alterum autem rigationis genus admittere etiam Arabum بعل, vel ex hoc versu Abdallæ Ravahæ filii agnoscere licet:

هنالك لا ابالي سقي نخل
ولا بعل وان عظم الاذى.

Hic non mihi cura est rigatio palmæ nec siccanei campi, quantumvis uberiorem efficiat proventum.

Alii

10. Cucurbitæ quæ ad ſemen ſervantur, ſi induruerint ante annum ineuntem, adeoque factæ ſint eſui humano ineptæ, licite conſervantur anno ſeptimo: ſin vero, illicite conſervantur anno ſeptimo. Earundem calyculi illiciti habentur anno ſeptimo. Albentem cæſpitem [1] conſpergere licet ex ſententia R. Simeonis. R. Eliezer Jacobi filius vetat. Oryzam anno ſeptimo [2] permadefacere licet. [3] Addit R. Simeon, non autem herbis purgare.

CAP. III.

1. AQuo tempore ſtercus evehere licet in fimeta? Ex quo deſitum eſt [4] agriculturam exerceri. Ita R. Meir. R. Juda dicit, [5] ex quo exaruerit ſuccus. R. Joſes, ex quo fatiſcat.

2. Quam

Alii hic pro نخل سقي, legunt نخل سقي, ut ita reddi debeat; *Hic non mihi cura eſt palma rigua, nec ficcanea* &c. ut ita in hoc Poetæ Arabis verſu eodem modo opponantur سقي & بعل, atque שקיא & בעל, in Miſnæ loco laudato. Atque ex his ſatis patet quid ſit בעל; nempe ager vel campus ficcaneus, editiori poſitione, quam ut riguis lætari poſſit.

1 *Conſpergere.*] Aqua parcius irrorata. Sic apud Columellam ulmorum *ſeminaria conſpergi potius quam rigari debent.* Hic autem lectionis varietas notatur in Talmude Hieroſolymitano, interpoſitis his verbis, בשביעית אבל לא במועד, *conſpergere licet anno ſeptimo non autem in feſto, ex ſententia* &c.

2 *Permadefacere &c.*] Ita Maimonides ממרסין hic confert cum Arabico مرس, *aqua maceravit.* Et certe conſtat oryzam niſi permadidam ægre creſcere, & ſi creſcat, ſegetem tamen nullam vel caſſam ferre. Illi etiam כמה, quod alibi *ſuccidere* ipſi ſonat, & *ſupputare*, hic ſignificat לחתוך, *noxiis herbis purgare*, ſuccidendo utique. Alii ſumunt pro quadam ipſius oryzæ putatione, ut ita dicam, qua folia ejus ſuperflua ſuccisa detrahuntur. Sed hoc futile. Mihi aliud ſuccurrit, quod an omnibus placiturum ſit neſcio, in medium afferre ſuperfluum non exiſtimo. Idem verbum Arabicum, ſed in quinta voce تمرس, ſignificat, arborem *interjectibus præroſit.* وقتا بعد وقتا باكلها, *eandem depaſtus eſt vice poſt vicem*, ut loquitur Zamachſharius. Hujus exemplum habemus in Sonna, ſive Mohammedanorum deuteroſi, من اقتراب الساعة ان يتمرس الرجل بدينه كما يتمرس البعير بالشجرة *Signum eſt inflantis mundi finis, quod quiſque religionem ſuam tanquam arrodendo gradatim minuit, quo pacto camelus arborem ſubinde prarodendo minuit.* Ubi id apprime obſervandum, verbum illud eodem modo conſtrui cum ב, atque ממרסין in Miſna cum ב. Jam ſi eandem ſignificationem Hebræo מרס attribuamus, verba Miſnæ hunc ſenſum fundent. *Oryzam anno ſeptimo data occaſione ſubinde licet præcerpere; totam ſimul ſuccidere non licet.*

3 *Addit R.*] Ita in pleriſque editionibus, & MS legitur, ר׳ שמעון אומר. Sed in Talmude Hieroſolymitano דברי ר׳ שמעון, ut locus ſic legi & diſtingui debeat. ------- *licet. Ita R. Simeon. Non autem &c.*

4 *Agriculturam exerceri.*] Id eſt, cum jam contra rationem rei ruſticæ eſt ſtercora per agros diſſipare. Sequor autem lectionem Talmudis Hieroſolymitani, quam probari etiam à Jomtobo video. Alii pro עובדי עבורה habent עוברי עבירה, i. e. *ex quo deſitum eſt à tranſgreſſoribus.* Ita MS, Maimonides &c. Quæ verba recte leguntur initio ſequentis capitis, & inde videntur hic pro alteris ſubſtituta.

5 *Ex quo exaruerit ſuccus.*] Facile hic fuit Judæorum interpretationes nugaciſſimas agnoſcere. Rectam aſſequi non adeouſque in promtu. In omnibus libris ſic eſt משיבש המתוק ר׳ יוסי אומר משיקשור; vel משיקשר. In Talmude Hieroſolymitano מתוק eſt מקוערה, Maimo-

2. Quam crebra faciunt fimeta? ad uſque terna per ſati ſpatium, ſingula denum corbium ſemicoros capientium. Corbium numerum augere licet, non autem fimetorum. R. Simeon etiam fimetorum numerum augeri vult.

3. Cuilibet licet terna diſponere fimeta per agrum ſuum pro ſingulis agri ſatis. [1] Plura etiam licet ex ſententia R. Simeonis. Sed Sapientes vetant, niſi loco tres *palmos* alte cavato, vel tres ſurſum levato. Fimum in promtuarium congerere licet. R. Meir vetat, niſi loco tres *palmos* alte depreſſo, vel tres ſurſum levato. Si cui ſuppetat parum quid, ſubinde adaugere licet. R. Eleazar Azariæ filius vetat, niſi loco tres *palmos* alte depreſſo, vel tres ſurſum levato, vel niſi ſuper petram reponat.

4. Qui pecus in agro ſtabulat, is facere poteſt caulam per ſpatium duorum ſatorum: revulſis dein tribus lateribus, [2] medium relinquere. Ita reperietur per quatuor ſatorum ſpatium ſtabulaſſe. Rabban Simeon Gamalielis filius dicit, per octo ſatorum ſpatium. Si totus ager quatuor exæquet ſata, partem aliquam relinquere oportet propter externam ſpeciem. Exportatum autem in agro ponere licet ut ſolent ſtercorantes.

5. Non aperiet quiſquam lapicidinam in agro ſuo de novo, niſi inibi ſint tres [3] ſtrues, ſingulæ cubicæ *cubitorum* trium, ut ita capiant ſaxa viginti novem.

6. Si

Maimonidi & aliis *colocynthis*, ita dicta per antiphraſin, ſi Dis placet. משיקשר משיעשה eſt קשדין קשרין, *ex quo nodis ſcatent.* Quibus id addit R. Ananias, מכיון שנתקשר בו קשר העליון מיד הוא יבש, *ſimulac ſuperiore nodo nodatur, ſtatim areſcit.* Ita locus ſic vertendus foret: *Ex quo exaruerit colocynthis. R. Joſes, ex quo nodis ſcatent.* Sed ridiculum plane eſt, quod מתוק *colocynthidem* exponunt, & quæ de nodis addunt, neſcio an à quoquam intelligi poſſunt. Proinde R. Samſon & ex eo Bertinorius מתוק hic accipiunt pro ipſo lætamine, quod fructus ad maturitatem & dulcorem perducit; & משיקשר Bertinorius exponit ſic, כשמתחיל להתיבש מתעבה ונעשה קשרים, *cum ſimus incipit exareſcere, concrecit, & quaſi nodis ſcatet.* Sed nec veriſimile eſt מתוק hic dici fimum, quod לבל hac ipſa Miſna ante vocatur. Phraſis משיבש המתוק infra occurrit IX. 6. & id ſonare videtur, quod poſui, quod & huic loco bene congruit. R. Juda vult fimum anno ſeptimo licite exportari cum jam exaruerit plane ſuccus, ſive fructuum, ſive terræ, nec ſpes amplius exiſtat eum quicquam hoc anno valere poſſe ad uberiorem proventum eliciendum. R. Joſes non tamdiu expectandum jubet, ſed exportari permittit משיקשור: quæ vox difficultatem parit, &, ſi quid video, mutanda eſt in משיקרוש i. e. ex quo ſuccus fructuum, vel vis terræ prolifica, non penitus areſacta, ſed congelata quaſi & retuſa ſpem omnem auctioris reditus præci erit.

1 *Plura etiam licet.*] Lego יתר מכן מותר, ut Jomtobus. Vel ſimpliciter יתר מיכן ut in MS. Illud enim מחציב, quod in nonnullis cernitur editionibus, ab hoc loco alienum videtur.

2 *Medium.*] Inter caulam veterem dirutam & novam altrinſecus deinceps ponendam.

3 *Strues.*] Vox מוּדְבִיוֹת, quam hic agnoſcunt editiones plane omnes, MS, vetus Toſapha, & commentatores, alibi ſignificat arborum longiores ramos, ut Suc. IV. 5. Tam. II. 3. quæ ſignificatio locum hic habere nequit. Vox autem alia ſignificatione, quod ſciam, præterquam in hoc loco, nullibi occurrit. Hic autem vel ex ipſa Miſna clarum eſt, lapidum ordinatam ſtruem ea deſignari. Proinde non vereor pro מורביות, inveterato mendo, hic reponere מרבנות, vel מרבנים, quo ſenſu של מרבנן אבנים olim legebatur Ohol. III. 7. teſte R. Nathane; ubi hodierni codices vel מרבך habent, vel מרבך; & in Gemara Suc. 20. *b.* ubi eadem Miſna citatur; & Shab. 125. *b.* ubi ad eandem digitus intenditur. Hodierni codices

6. Si in maceria dena ſint ſaxa, quæ ſingula duobus hominibus oneri eſſe poſſunt, licite eximuntur. Menſura maceriæ denum palmorum eſt. Si ea minor ſit, ut lapicidina habetur, & infra altitudinem palmarem à ſolo exſcindere licet. Quomodo intelligenda ſunt iſta? De fundo ſuo. Verum de alieno, quicquid libet, licet eximere. Quomodo intelligenda ſunt iſta? Quum nondum id fieri occeptum eſt anno ante ſeptimum. Sin fieri occeptum ſit anno ante ſeptimum, quicquid libet, licite eximitur.

7. Saxa, quæ disjecerit aratrum, vel quæ adobruta reteguntur, ſi inter ea duo ſint, quæ ſingula duobus hominibus oneri eſſe poſſunt, ſummovere licet. Is, qui agrum lapidibus purgat, ſuperioribus ſublatis, relinquere eos debet, qui humo contigui ſunt. Pariter de ſcruporum [1] grumo, vel lapidum acervo, ſuperioribus ſublatis, relinquendi ſunt illi qui humum contingunt. Si ſubſit petra, vel ſtipula, & illi licite tolluntur.

8. [2] Stagna aggeribus circummunire anno ante ſeptimum poſtquam jam pluere deſitum eſt, non licet, quia hoc eſt illa in annum ſeptimum curare. Ipſo autem anno ſeptimo poſtquam jam deſitum eſt pluere, licet, quia hoc eſt illa curare in exitum anni ſeptimi. Neque vero ex [3] aggeſta terra id fieri debet, ſed [4] opere cæmentitio: & quicunque lapis exporrecta manu capi poteſt, eum ſumere licet.

9. [5] Scapulares lapides undecunque afferuntur. [6] Redemtor etiam undecunque afferre poteſt. Iſti autem dicuntur ſcapulares lapides, qui ſinguli una manu tolli nequeunt. * Ita R. Meir. At R. Joſes ſcapulares lapides juxta nominis ſignificationem eos dici contendit, qui bini vel terni ſuper humerum tolluntur.

10. Qui extruit maceriam inter ſe & locum publicum, is ſolum licite excavare poteſt ad petram uſque. Quid fiet de regeſto? Exacervari

מרכך, & נרכך, perperam. Legendum מרבך, vel מרכב, ut ego malim, propter autoritatem loci è Siphra R. Nathani laudati.

1 *Grumo.*] In editis perperam habetur נרגר, quæ vox ſcruporum vel ejuſmodi rerum collectionem ſignificare nullo modo poteſt; quanquam id adſtruere laborant interpretes. Sed in MS, & Maimonide, uti etiam in Tanchumi Lexico habetur גרוש, quod genuinum duco. Ita etiam Maimonide, Hal. Shemit. II.

2 *Stagna aggeribus &c.*] Longe aliter hunc locum commentatores, quorum autoritatem jamdiu rectæ rationi poſtponere didici. Senſus loci, quem dedimus, Abrahami Davidis filii eſt, viri ſane acutiſſimi, in Animadverſionibus ad Maim. Hal. Shemit. II. Juxta alios locus ita fere vertendus foret. *Gradus ad ſtagna ducentes extruere* &c. Mox. *Nec vero luto implicare, vel obſtruere licet.* Scilicet, ne effluat aqua, vel per fundum, vel per latera. *Sepimentum tamen luci-*

te ſit: & quicunque &c: Sed מרגרה non ſolum gradus eſt. Pro aggere jam ſupra habuimus Chil. VI. 2. Quem vocis ſenſum ſi hic admittamus, cætera, quæ interpretum vulgo crucem figunt, perſpicua ſunt.

3 *Aggeſta.*] Varie legitur יסמוך, & יסבוך. R. Abraham etiam יצבור ſe reperiſſe in quodam codice teſtatur. Ad ſenſum non multum attinet utrum eligas. יסמוך habetur in editis pleriſque, & in MS.

4 *Opere cæmentitio.*] Codices tam editi, quam MS, חוץ, vel חויץ, quæ vox *paries* exponitur Ezech. XIII. 10. Ita R. David Kimchius, adducens hunc Miſnæ locum. Ita etiam legunt Interpretes. Maimonides autem, & ad eum R. Abraham loco mox laudato, חריץ.

5 *Scapulares lapides.*] Λίθοι ὑποχονδύλιοι.

6 *Redemtor.*] Operis faciundi. Non agri jure partiario, ut vult Maimonides, & ex eo alii.

1 *In*

acervari poteſt in loco publico [1] in ejuſdem emolumentum. Ita R. Joſua. R. Akiba exiſtimat, uti in damnum non licet, ita nec in emolumentum id licere. Quid ergo fiet de regeſto? In agro ſuo exacervabit more ſtercorantium. Ita etiam is, qui ciſternam, foveam, vel ſpeluncam fodit.

CAP. IV.

1. ANtiquitus dicere ſolebant; Ligna, lapides, herbas è fundo ſuo legere licet, non aliter quam ex alieno, nempe craſſiora quæque. Poſtquam autem crebriores facti ſunt legis violatores ſancitum eſt, ut quilibet ex alius fundo legeret, & ille ex alterius, abſque omni gratiæ retributione. Nec opus eſt addere, ut ne conveniret de præſtandis cibariis.

2. Ager ſentibus liberatus recte ſeritur in exitu anni ſeptimi. [2] Excultus, vel ſtabulatione lætatus in exitu anni ſeptimi non ſeretur. Agri exculti fruges anno ſeptimo non recte comedi exiſtimant Sammæani. Hillelæi recte comedi arbitrantur. Sammæani fruges anni ſeptimi cum gratiæ retributione comedendas negant. Hillelæis comedendas placet cum gratiæ retributione, & ſine gratiæ retributione. R. Juda [3] converſam hujus ſententiæ inter eas numerat, ubi leviorem Sammæani, Hillelæi graviorem tuentur partem.

3. Novalia ab gentilibus penſione conducere licet anno ſeptimo, non autem ab Iſraelita. Gentilibus [4] opitulari licet anno ſeptimo, non autem Iſraelitæ. Iiſdemque ſalutem dicere pacis tuendæ cauſa.

4. Qui oleas diſrarat, eum Sammæani ſuccidere volunt; Hillelæi radicitus evellere. Conſentiunt de eo qui deglabrat, ſuccidere debere. Quis eſt ille qui diſrarat? Qui unam, vel binas. Qui deglabrat? Qui tres continuas ſuſtollit. Quomodo intelligenda ſunt iſta? Nempe ſi quis de ſuo. Sin vero de alieno fundo, etiam is qui deglabrat, radicitus evellere poteſt.

5. [1] Qui

1 *In ejuſdem emolumentum.*] Ut ei profit lætaminis vice uſurpatum. Aliter & hic interpretes. Bertinorius. צוברו ברשות הרבים ואחר כך נוטלו משם ומתקן את רשות הרבים כמו שהיתה *Exacervare poteſt in loco publico; ſed poſtea eo ſublato locum publicum in priſtinum ſtatum reſtaurabit.* Frigidiſſime. Cæterorum tamen mentem loquitur. Sed תקן non ſolummodo *reſtaurare* & *reficere* denotat, ſed & *meliorare.*

2 *Excultus.*] Iteratus, ſi Judæis interpretibus fides. Sed illi nugas agunt. Intellige excultum in anno ſeptimo, cum omnis agricolatio vetita.

3 *Converſam hujus.*] Occurrit Edai. V. 1.

4 *Opitulari.*] Dum agricolationi ſtudent. Opitulari autem, non opere faciundo, ſed tantummodo bene apprecando, volunt Judæi interpretes. Acuti homines! Vide II. Joh. 10. 11.

5. [1] Qui oleam radicitus effoderit, is locum humo ne obducat; verum lapidibus, vel ſtipula contegat. Qui ſtipites ſycomori exſciderit, is locum humo ne obducat; verum lapidibus, vel ſtipula contegat. Non licet virginem ſycomorum detruncare anno ſeptimo, quia cultus eſt. R. Juda uſitato more vetat: permittit autem vel ſupra denos palmos, vel ſuccidere juxta terram.

6. Qui demutilat vites, vel ſubſecat arundines, R. Joſes Galilæus [2] ſpatium palmi relinquere cenſet. R. Akiba reſecare permittit uſitato more, ſecuri, falce vel ſerra, vel qua re cunque volet. Arborem diffiſſam anno ſeptimo religare licet, non ut coaleſcat, ſed ne ulterius findatur.

7. A quo tempore comedere licet arborum fructus anno ſeptimo? Groſſos cum pane comedere licet ſub dio quamprimum [3] purpuraſcunt. Cum jam [4] ſucco turgent, domum portari.

[1] Atque

1 *Qui oleam &c.*] Hunc locum, quem perperam vulgares interpretes accipiunt, illuſtrat plane ille veteris Toſaphtæ Shebi. III. המשרש חרוב וסדן שקמה לעצים מותר ולשורת אכור מהפירות שנטל מהן אילן הרי זה לא יכנה בעפר אבל מבסים באבנים או בקש *Siliquam & ſtipitem ſycomori extirpare lignorum cauſa licet; ut agro proſit, non licet. Foveæ, unde ramus eſt arbori, non licet humo tegere, vel operire, verum lapidibus vel ſtipula licet.* Eadem res utrobique agitur, ſed in Toſaphta explicatius. הכקיע adeo ſignificat findendo terram ſucciſæ arboris ſtipitem eruere. Idem ſignificat ביקוע in illis Siphræ, שרך לא תזרע וכרמך לא תזמור אין לי אלא לזרע ולזמיר לחריש לעידור לניכוש ולכיסוח ולביקוע מניין תלי שרך לא וכרמך לא כל מלאכה שבשדך ושבכרמך *Agrum tuum non ſeres, & vineam tuam non putabis.* (Levit. XXV. 4.) *Non aliud hic habes quam ſationem & putationem. Arato ergo, foſſio, runcatio, arborum ſuccifio, & ſtipitum extirpatio vendenam? Nempe dicitur; Agrum tuum non, & vineam tuam non; id eſt, quicquid fieri ſolet in agro tuo, & in vinea tua.* Eadem fere habentur in Peſiſta zoterta, & in Quæſtionibus Ahæi Gaonis ad Levitici Sectionem בהר.

2 *Spatium palmi.*] A trunco vitis, & à radice arundinis.

3 *Purpuraſcunt.*] Maimonides יזריחו exponit, תברק וימלם מעוהא, *ſpendent lavigato cortice*; addens וכוא יכון אלפג אוא בדי ירכלה אלמא *ita groſſo accidere, quum primum ſucco turget.* R. Tanchum aliis verbis eundem ſenſum exprimit. Nec dubium, quin Maimonides ad ſenſum verbi זרח, quod de Sole uſurpatum, *oriri* & *ſpendere incipere* ſignificat, reſpexerit. Id agnoſcit R. Tanchum. Ita etiam Judæorum alii. Sed fruſtra. Melius multo R. Obadias האדים הזריח exponit i. e. *rubuit.* Me autore ſignificat eo eſſe colore quem Arabes appellant احمر ذرحي. Is vero Jauhario eſt, شديد الحمرة, Zamachſhario, قاني, *impenſe*, vel *ſaturato rubor*, Mohammedi Phiruzabadio ارجوان *purpureus.* Hinc ذراح & Jauhario, atque eum ſecutis Damirio & Phiruzabadio, dicitur, دويبة حمرا منقطة بسواد تطير وهي من السموم *animalculum rubrum, nigris diſtinctum maculis, volatile, quod inter venena numeratur.* Cantharidum ſpecies quædam ita dicitur propter colorem, qui ex rubro & atro miſtus ad purpureum proxime accedit.

4 *Succo turgent.*] Quid ſit בחל, vel ut Maaſ. I. 2. legitur, הבחיל, non aliunde melius conſtat. quam ex Nidda V. 7. ubi tria ætatis in fœminis intervalla, pueritiæ, imperfectæ, & plenæ pubertatis, comparantur hiſce tribus in ficu, פג *groſſo*, τῷ ὀλύνθῳ, בוחל *ficui jam ſucco turgenti*, & *maturitati proximæ*, τῷ φθάνοντι, & צמל *plenam adepta maturitatem*, τῷ κεκαλοκαιρικότι. Puella imperfectæ pubertatis, hoc eſt per ſemeſtre ſpatium ante plenam pubertatem, בוחל, ſive ficui ſucco turgenti comparatur, propter tumeſcentes & ſororiantes tunc temporis mammas. Turgeſcendi autem ſignificatum habet verbum בחל & in illis Zachariæ XI. 8. ubi ſolum in ſacris occurrit, וגם נפשם בחלה בי, &

eorum

[1] Atque ita qui ejuſmodi ſunt reliquis annis heptaeteridis decimis ſolvendis obligantur.

8. Omphaces cum pane ſub dio comedere licet quamprimum ſuccum adeptæ ſint. Cum [2] vinacea oſtendunt, domum portare licet. Atque ita, quæ ejuſmodi ſunt reliquis annis heptaeteridis decimis ſolvendis obligantur.

9. Olivas elidere & ſub dio comedere licet ex quo ſingula ſata quartarium fundant. Cum ſemilogum, tunſis ſub dio inungi. Tertia ex parte maturas tundi ſub dio, & domum deferri. Atque ita quæ ejuſmodi ſunt reliquis annis heptaeteridis decimis ſolvendis obligantur. Cæteri univerſi arborum fructus quando decimationi tempeſtivi ſunt, tempeſtivi habentur anno ſeptimo.

10. A quo tempore illicitum eſt arbores cædere anno ſeptimo? Sammæani dicunt, univerſas ex quo ſpondeant. Hillelæi cædere vetant ſiliquas ex quo [3] iülum induerint, vites ex quo [4] defloreſcant, oleas ex quo floreant, reliquas arbores univerſas ex quo ſpondeant. Univerſas autem, cum jam decimationi tempeſtivæ ſint, cædere licet. Quantum oleæ ineſſe debet, ut cædere non liceat? Quadrans. Rabban Simeon Gamalielis filius totam eam rem ex oleæ magnitudine æſtimari jubet.

CAP.

eorum etiam animus contra me inſurrexit. Locutio Homericæ illi plane ſimilis, Il. *i.*

Ἀλλά μοι ὀιδάνετον κραδίη χόλῳ. ----

Recte ſiquidem, ut mihi videtur, R. Salomo ad locum Gemaræ Nid. 47. *a.* ubi hic Zachariæ textus citatur, exponit בחלה בי נורלה עלי, *contra me inſurrexit.* Idem in Commentariis ad Zachariæ locum בחלה à Rabbinis ſumi notat לשון נורל, *turgeſcendi*, vel *tumeſcendi ſenſu.* Recte adeo בוחל cum Græco φήληκι confero. Φήληξ enim eſt ficus ſucco turgens & maturitati proxima. Ariſtophanes in Pace.

Τοιτι φήληχ' ὁρῶν ὁιδαίνον
Τ', εἶθ' ὑπόπτυον ἢ πίπτον,
Ἐσθίων, πρόπτερον.

Scholiaſtes, ὁ ὄψιμον μὲ πτῶσιν ἔχων, ἄωρος δὲ ὤν. Hinc corruptiſſima illa Suidæ Φιλήκιος. ἄγγραπτα σύκα. τὰ τῇ δίκῃ πίπτοντα, ſic refinge. Φήληκες. τὰ ἄχρια σῦκα. τὰ τῇ δοκῇ πίπτοντα. Nam φήληκες ficus ſpecie tantum maturæ, non re.

1 *Atque ita qui ejuſmodi ſunt reliquis &c.*] Probo lectionem Talmudis Hieroſolymitani וכן כיוצא בהן בשאר שני שבוע חייבין במעשרות. MS, & Maimonides mutata literula totum ſenſum mutant. Pro בשאר habent ורשאר, tam in hoc, quam in ſequentibus paragraphis. Atque ita etiam Siphra in Sectione בהר, cap. 1. in editione Veneta ſine commentario, & MS. Sic ſonant verba; *Atque ita qui ejuſmodi ſunt. Reliquis autem annis heptaeteridis decimis ſolvendis obligantur.* Priore ſententia Maimonides intelligit eandem regulam ad partilis naturæ fructus extendi. Poſteriore, obligationem de decimis incipere משיזריחו, *quamprimum purpuraſcunt*, non משיבחילו *quamprimum ſucco turgent.* Sed neutrum horum cum Miſna Maaſ. I. 2. ſatis congruit. Poſterius plane contrarium eſt. Proinde in altera etiam Siphræ editione, quæ adjectum habet commentarium Aaronis, in duobus trium locorum, ubi hæc verba habentur, בשאר reperio, in medio ורשאר, quod operis tribuendum videtur. R. Aaron plane בשאר legit; obſervat tamen Maimonidem aliter legiſſe.

2 *Vinacea oſtendunt.*] Id eſt, הבאיש, ſi vera referunt Gemariſtæ Hieroſolymitani ad Maaſ. I. 2. ubi משיבאישו exponitur משיקראו באושה, *ex quo vocantur* באושה. Ubi alius addit, והוא שתהא חרצנה שלהן נראית מבחוץ *illud vero ſit, quum vinacea tranſlucent.*

3 *Iulum induerint.*] Ita interpretor משישלשלו. Siliquæ enim iulus, vel panicula catenarum ſpeciem præfert.

4 *Defloreſcant.*] Si quid video, נרץ hic ſignificat, acinorum prima rudimenta oſtendere, quod exuto flore fit. Non vinaceis repleri, quod volunt Judæorum interpretes.

CAP. V.

1. [1] ALbarum ficuum annus ſeptimus in ſecundum incidit, quia triennio demum fructum perficiunt. R. Juda addit, [2] perſearum annus ſeptimus in exitum ſeptimi, quia biennio fructum perficiunt. Ei dictum eſt, non de aliis id dictum eſſe, quam de ficubus albis.

2. Si quis arum defoſſum ſervare cupit anno ſeptimo, R. Meir jubet non minus duobus ſatis tres palmos alte defodere, humo palmum alte injecta. At Sapientes præcipiunt non minus quatuor cabis palmum alte defodere, humo palmum alte ſuperingeſta. Defodiat autem loco hominum commeatu trito.

3. De aro, quod perdurat poſt elapſum annum ſeptimum, ſic cenſet R. Eliezer. Si folia præcerpſerint pauperes, eſto. Sin minus, ineatur cum pauperibus [3] ratio. R. Joſua ſic. Si folia præcerpſerint pauperes, eſto. Sin minus, non poſſunt pauperes rationem exigere.

4. De

1 *Albarum ficuum.*] Ficuum בנות שוח frequens mentio eſt in Judæorum libris. Pariter & ficuum בנות שבע vel שוע, ut Maaſ. II. 8. & alibi. Has eaſdem eſſe vult R. Tanchum, & prolatione duntaxat differre. Author Toſephoth ad Abo. 2a. 14. *a.* locum etiam affert ex Bereſhith rabba, unde id probare ſatagit. תאנים שאכל אדם הראשון איכא דקרו להו בנות שוח לפי שגרמו שוח לאדם ואיכא דקרו להו בנות שבע שגרמו שבע אבילות לאדם *Ficus, quas comedit Adamus primus, alii vocant* בנות שוח, *ut qua* שוח *depreſſionem*, vel *imminutionem lapſo homini attulerint*; *alii* בנות שבע, *ut quæ cauſa exſtiterint* שבע, *ſeptem dierum, quibus homo mortuus lugetur.* Id vero ex hoc loco probari nequit. Neque enim quicquam obſtat, quin diverſa ficuum genera iſtis nominibus deſignentur; & diverſi autores de ficuum genere, in quo peccavit Adamus, diverſe ſenſiſſent. Similia habet idem ad Shebu. 12. *b.* In Talmude Hieroſolymitano בנות שוח exponitur פיטוריה, in R. Nathane פיטוריאה, & in R. Samſone פיטריה, hoc eſt ſine aliqua notabili diſcrepantia. Id Græcum vult R. Nathan. Sed inter Græca ficuum nomina non reperio, niſi forſan mendoſum ſit pro פיבליה Φιλαλέα

2 *Perſearum.*] Muſiphias פרסאות vocem ex Græco factam arbitratur, ac ſi intelligi deberent τὰ πέρυσι σύκα, vel οἱ πέρυσι καρποὶ. R. Nathan interpretatur תמרי פרסיתא, *dactyli Perſici*, reſpiciens locum Shab. 29. *a.* ubi ארמיאתא & פרסיאתא *dactyli Perſici & Syri* opponuntur. Uti etiam דקלא ארמאה & דקלא פרסאה *palma Syra & Perſica* Baba ca. 59. *a.* Vulgo genus ficuum, quæ ſecundo demum anno fructum perficiunt: cujus meminit & ipſe R. Nathan. Ego nullus dubito quin פרסאות ſint *Perſeæ*, arboris genus Ægypto proprium. Nec nomine duntaxat, ſed & re conveniunt. Theophraſtus de Perſea, Hiſt. Plant. IV. 2. καρπὸν δὲ φέρει πολὺν καὶ καθ' ἅπασαν ὥραν πεπαίνει. ὥστε καταλαμβάνει τὸν ὀπώρας ἄλλον ἐπιφερόμενον. Attamen fatendum eſt hoc in Toſaphta diſerte de פרסאות negari. Sic enim ibi legitur initio capitis quarti. רבי יהודה אומר הפרסאות שביעית שלהן מוצאי שביעית שהן עושין לשתי שנים אמר לו הרי דן אצלך בטבריא ואינן עושות אלא בנות שנתן *R. Juda aſſerit perſearum annum ſeptimum in exitum anni ſeptimi incurrere, quia biennio fructum perficiunt. Et dictum eſt; Ecce apud te ſunt in Tiberiade, nec alium fructum ferunt, quam qui ejuſdem anni ſit.*

3 *Ratio.*] Ut ita folia anno ſeptimo enata pauperibus cedant, nova patriſamilias. In hac Miſna R. Eliezer ſequitur ſententiam R. Judæ, qui fruges anni ſeptimi poſt polluturam pauperibus ſolis dat. R. Joſua vero opinionem R. Joſis, qui ex æquo pauperibus divitibuſque permittit. Vide infra IX. 8.

1 *Uberioris*

4. De aro anni ante ſeptimum, quod in ſeptimum invaſerit, atque ita de cæpis æſtivis, & de rubia [1] uberioris ſoli Sammæani cenſent palis ligneis extirpari: Hillelæi ſecuribus è metallo. Conſentiunt de rubia [2] anguloſa, eam ſecuribus metallinis extirpari.

5. A quo tempore licitum eſt arum comparare exacto jam anno ſeptimo? R. Juda exiſtimat confeſtim. Sapientes autem, ex quo copia ſuppetat novæ.

6. Inſtrumenta iſta non licet artifici divendere anno ſeptimo, aratrum cum toto inſtrumento ejus, jugum, ventilabrum, dentale. Verum licet divendere falcem manualem, falcem meſſoriam, & plauſtrum cum toto inſtrumento. Hæc eſt regula generalis; Omne id, cujus peculiaris uſus ad legis violationem tendit, illicite vænit: ad vetitum pariter & licitum, licite.

7. Figulo divendere licet quinos cados olearios, & vinarios quindenos; quia ad iſtum modum ex re communi colligi ſolet. Si quis plus adeptus ſit, licet: & Gentilibus divendere poteſt in terra, vel extra terram Iſraeliticam.

8. Sammæani vaccam aratricem vendere vetant anno ſeptimo. Hillelæi permittunt, quia mactari poteſt. Fruges alter alteri vendere poteſt ſementis tempore; & ſatum commodare, quantumvis ſciat eum aream habere; atque nummos commutare, quantumvis ſciat operarios ei exiſtere. Quæ omnia, ſi [3] diſerte nominantur, illicita ſunt.

9. [1] Fœmina quæpiam alteri de anno ſeptimo ſuſpectæ commodare

1 *Uberioris ſoli.*] Gitt. V. 1. triplex habetur fundi differentia, עירית *ſolum præſtantiſſimum*, בינונית *mediocre*, & זיבורית *macrum & deterrimum*. Eadem vox עירית eodem ſenſu legitur in Paraphraſte Chaldæo Pſal. LXXXIII. 13. & Lam. II. 2. Vocis notationem, quam fruſtra quæruntJudæi, ſuggerit nobis lingua Arabica, in qua عنى de ſolo uſurpatum ſignificat *lætum & pingue evaſit*. Inde iſtiuſmodi ſolum عنية & عناة, quod noſtrum plane eſt עירית. Exemplum affert Zamachſharius نزلوا في اودية ذات عنوات *Conſederunt in vallibus lætiſſima prata complexis*. Ubi عنوات exponit الارضون الطيبة التربة الكريمة السنبات *terrena lati caſpitis, uberrimi proventus*. Aliud etiam è Poeta, بارض عناة حبذا صحوائها *In terra uberrima, oximie ſerena*. Sed elegantiam omnem ſuperat verſus Dhurrummæ, in quo ita hoc vocabulum uſurpat, ut ſimul de ſenſu dubitare non ſinat.

بارض هجان الترب وسمية الثرى عناة ذات عنها الملوحة والبحر

In terra læti caſpitis, vernantis gleba, uberrima, à qua longe abſunt ſalſugo & ſalum. His adde quæ nos ſupra de عني, ad vocem בעל. R. Nathan in פאה voces עירית & צלעות nomina propria locorum eſſe vult. Inſcite.

2 *Anguloſa.*] Recte enim Maimonides פאה exponit פוה מצלעה של צלעות, *rubia anguloſa*, i. e. rubia Dioſcoridis cujus ὁι ῥιζοτομοι πτερύγιοι. Addit eam alte in terram defigi, adeoque ægre extirpari ſine ferramentis.

3 *Diſerte.*] Ut ſi dicat, *vende mihi fruges ut ſeram, commoda mihi ſatum ut frumentum metiar, commuta mihi nummos ut operariis mercedem ſolvam.*

4 *Fœmina.*] Recurrit hic paragraphus Gitt. V. 9.

dare poteſt ſubcerniculum, cribrum, molam, clibanum. Cum ea autem nec cribrare licet, nec molere. Uxor Socii plebeii uxori commodare poteſt ſubcerniculum, vel cribrum; & cum ea cribrare, molere, & pollinem excutere. Verum ſimulac aquam affuderit, deinceps ne accedito; quia legem violantibus ſubſidio eſſe non licet. Hæc autem omnia non aliter permiſſa quam pacis tuendæ ergo. Gentilibus autem opitulari licet anno ſeptimo, non autem Iſraelitis. Iiſdem etiam ſalutem dicere pacem tuendi cauſa.

CAP. VI.

1. [1] TRifariam diſpeſcitur terra ratione anni ſeptimi. In toto illo tractu, quem in ditionem recepit populus è Babylonia redux à terra Iſraelis Ecdippam uſque, nec fruges percipi, nec terram coli licet. In toto illo, quem ultra Ecdippam occuparunt ex Ægypto profecti ad fluvium uſque & ad Amanam, fruges percipere licet, non autem terram colere. A fluvio & Amana quicquid intra recedit, ibi & fruges percipi licet, & terram coli.

2. Frugibus avulſis in Syria operari licet, non iis quæ fundo hærent; ut tritrurare, ventilare, uvas calcare, manipulos vincire; non autem metere, vindemiare, olivas ſtringere. Regulam generalem tradit R. Akiba; ut [2] quicquid licite fit in terra Iſraelitica, idem in Syria facere liceat.

3. Cæpæ, quæ imbribus permadentes germinaverint, ſi folia nigricant, illicitæ habentur; ſi virent, licitæ. R. [3] Ananias Antigoni filius illicitas eſſe vult, [4] ſi arreptis foliis avelli poſſunt; contra vero in exitu anni ſeptimi licitas.

4. A

1 *Trifariam diſpeſcitur.*] Lightfootius peſſime hunc locum in Centuria Chorographica LXV. *Tres regiones* [*Judæa* ſcilicet, *Galilæa*, & *Peræa*] *tenentur ad legem de anno ſeptimo.* Diviſio quidem illa in Judæam, Galilæam & Peræam alibi locum habet, ut mox infra IX. 2. Sed hic alia res agitur. Diviſionem hanc, qualis ſit, ſatis oſtendunt, quæ in Miſna ſequuntur, & quæ illis gemina habentur Chal. IV. 8.

2 *Quicquid licite fit.*] Miteris regulam, ut videtur, tam nihil ad rem. Sed ſupplemento ſuccurrit Bertinorius. *Quicquid licite fit*; i. e. ex unica vi legis, abſque ſuperinductis Magiſtrorum ſcitis; uti frugibus avulſis operari. Vel, Quicquid licite fit in terra Iſraelis in re communi, idem in Syria licet in privata & cuſtodita.

3 *Ananias.*] חנניה. Alii חנינה Hanina, ut in his fieri amat.

4 *Si arreptis foliis avelli poſſunt.*] Talmud utrumque, & Miſnæ editiones nonnullæ אם אינם יכולין להיתלש בעלין שלהן *ſi arreptis foliis avelli nequeunt.* Sed in Gemara Babylonica Nedar. 58. *a.* ubi hæc adducitur Miſna, omittitur particula negans אינם vel אינן; atque ita ibi legit R. Salomo. Ita etiam hic legerunt RR. Samſon & Obadiat. Proinde omittitur in Cracovienſi Jomtobi editione, & in Amſtelodamenſi utraque. In MS ſic legitur אם היו יכולין להתלש העלים שלהן, *ſi avelli poſſunt folia earum.* Id eſt, Maimonide interprete, אן אנקלעת ורקרא ובקית הי לא תרתפע מע אגורק, *ſi avulſis foliis, ipſe capa bulbus manet, nec cum foliis una tollitur.*

1 *Rab-*

4. A quo tempore olus comparare licet in exitu anni ſeptimi? Ex quo fœtum ediderit olus ejuſdem generis. Si præmaturum jam ediderit, licitum eſt ſerotinum. [1] Rabbi permiſit exacto anno ſeptimo olus ſtatim comparare.

5. Non licet exportare [2] oleum combuſtionis & fruges anni ſeptimi è terra Iſraelis in terram extraneam. Inquit R. Simeon, Diſerte traditum accepi, in Syriam exportare licere, non in terram extraneam.

6. Non licet primitias adducere à terra extranea. Inquit R. Simeon, Diſerte traditum accepi, à Syria licite afferri, non autem à terra extranea.

CAP. VII.

1. REgula magna traditur de anno ſeptimo: Quicquid homini in eſcam cedit, vel quadrupedi, vel in genere tingentium eſt, nec perennat in terra, ad illud pertinet jus anni ſeptimi, & ad pretium ejus: ad idem ſpectat polluctura, & ad pretium ejus. Quid vero eſt illud? Nimirum ari fatui folia, menthæ folia, intyba, porra, portulaca, [3] tithymalus. Et eſca quadrupedum, ut cardui & tribuli. Et quod in genere tingentium eſt, ut iſatis & [4] cnicus reſtibilis.

1 *Rabbi.*] Ita, ut Judæis placet, dicitur ſuppreſſo nomine R. Juda Sanctus, Miſnæ compilator. An vero id probabile ſit, Autorem aliquem ſuam ſententiam hoc modo proferre, æſtimabit lector. Alibi filiorum ejuſdem R. Judæ mentio in Miſna, ut Macc. III. 15. ubi ſententia refertur R. Simeonis filii Rabbi. Et Aboth II, ubi cum in primo paragrapho refertur ſententia Rabbi, in ſecundo ſtatim ſubjungitur ſententia R. Gamalielis filii R. Judæ Principis, qui idem R. Juda Sanctus.

2 *Oleum combuſtionis.*] Oleum primitium pollutum, quod non ad aliam rem utiliter adhibetur, quam ad lucernas accendendas.

3 *Tithymalus.*] Maimonides נין החלב interpretatur שמקרונס. Eſt autem مقدونس Herbariis Arabum Ebn-al Cabario & Beitaridi, *peroſelinum* Dioſcoridis. Dioſcorides: Σέλινον τὸ πτεροσέλινον, τῆτο φύεται ἐν Μακεδονίᾳ. Ebn Jazlæ مقدونس eſt الكرفس الرومي *apium Græcum.* Mihi magis placet altera ſententia, quæ נין החלב herbam exponit, quæ cæſa lac fundit, qualis eſt tithymalus.

4 *Cnicus.*] Maimonides קוצרה dicit eſſe tinctorium quoddam, & à nonnullis exponi שעצפר *cnicum.* Hinc deprehendo lacunam in Nathanis Lexico ſupplendam in voce אסטס. Ibi ſic legitur פי׳ אסטיס אינרקו׳ ובלשון ערבי נילי ובלשון ארמי מוריקא. פאי הוא ורד של קורטמי ולו שם אחר בלשון הקדש חלות חריע ובלשון ארמי מוריקא ובלשון ערבי עצפור׳ וצובעין בו בגד פשתן ובגד צמר גפנא לכלורת בבירת חופתן אסטים *ſignificat* Indico (*Italice*), *Arabice* نيل, *& lingua Syriaca* מוריקא. *Aliter exponitur, ut ſit roſa* (flos) *cartami, cui aliud nomen eſt in lingua ſancta, ut* חלות חריע cnici offula, (Oketz. III. 9.) *lingua Syriaca* מוריקא, *Arabica* عصفر. *Eo tinguntur telas lineas & goſſypinas ſponſis in nuptiali thalamo ornandis.* In his R. Nathanis, ſi quid video, omnia iſta, *Aliter exponitur &c.* pertinent ad deſcriptionem vocis קוצרה, non ad אסטים. Iſta etiam ובלשון ארמי מוריקא priore loco plane redundant; & eorum loco excidiſſe videtur alia vocis קוצה expoſitio, qua *rubiam* expoſuerat, ut planiſſime colligitur ex eodem R. Nathane in voce מצרה, ubi

bilis. Ad hæc pertinet jus anni ſeptimi, & ad pretia eorum: ad eademque ſpectat pollu&tura, & ad pretia eorum.

2. Porro autem & alia regula traditur: [1] Quicquid non eſt eſca hominis nec quadrupedis, vel in genere tingentium eſt, ſed in terra perennat, ad id pertinet jus anni ſeptimi, & ad pretium ejus. Ad illud autem non ſpectat pollu&tura, nec ad pretium ejus. Quid vero eſt illud? Radix utique ari fatui, & menthæ, [2] ſcolopendrium, [3] peplis, [4] baccharis. Et de genere tingentium, rubia & [5] radicula.

Ad

nihi lectorem hue remittit. Lacunam codicibus deſtitutus ſupplere nequeo; hoc autem pro certo affirmare auſim, R. Nathanem hic קוצה *ruhiam* expoſuiſſe; deinde aliam addidiſſe expoſitionem, qua *cnicum* ſignificat. Pari modo fluctuat R. Salomo, cui nonnunquam קוצה eſt *guarance* rubia alibi ורישרא, ſed legendum ווישרא, ut ad Peſac. 56. *b.* i. e. *gueſde*, vel גוודא *guede*, Latinis *glaſtum*, vel *guaſtum*. Mihi probatur ultima illa expoſitio R. Nathanis. Jam ſupra ad Chil. II. 8, dixi חריע *enicum eſſe*. Hujus capita, vel globi unde flores explicantur, vocantur קוצה, atque id quidem propter aculeatas ſquamas quibus armantur, & ex quibus fere conſtituit; nam קוץ *aculeus*. Perpendat Lector an huc reſpexerit Chaldæus Paraphraſtes Prov. III. 11, qui verbum Hebraum תוכחת reddit per תמריק. Quippe קוצה Syris & Chaldæis מוריקא.

1 *Quicquid &c.*] Locus hic ſic eſt in M9, כל שאינו מאוכל אדם ומאוכל בהמה וממין העופות ואינו מתקים בארץ *Quicquid non eſt eſca hominis, nec quadrupedis, nec de genere tingentium, neque perennat in terra.* Ita etiam legit Maimonides, & multum ſe torquet in ſenſu eruendo. In Talmude Hieroſolymitano bis omittitur particula negativa. Priore loco pro שאינו legitur שהוא; ſecundo pro ואינו מתקים legitur ומתקיים. Ut ſic vertatur locus, *Quicquid eſt eſca hominis, vel quadrupedis, vel de genere tingentium, atque in terra perennat.* Sed quæ deinceps numerantur, hominibus vel quadrupedibus in eſcam non cedunt. Ideo in priore loco negativam retineo cum editionibus pleriſque.

2 *Scolopendrium.*] עקרבן eſt Arabicum عقربان, quo modo Arabes Hiſpanienſes ſcolopendrium, vel σκολοπενδριον Dioſcoridis vocant, ut authores ſunt Ebn-al-Cabatius, & Beitarides.

3 *Peplis.*] In Gemara Hieroſolymitana חלבצין exponitur ביצי נץ חלב *ova plantæ* נץ חלב. R. Nathan: זרע כמין בצים ויוצאין מן פירולא *ſemen ovorum inſtar, quod ex ferula eſt.* Maimonides ignorantiam ſuam fatetur quoad hanc & ſequentem vocem. R. Tanchum negat ſe uſpiam reperiſſe expoſitionem hujus vocis, cum tamen ille R. Nathanem non raro laudet. Videtur autem expoſitio Nathanis ex duabus conſtita; ex illa Talmudis Hieroſolymitani, & ex alia cujuſdam, qui pro חלבצין legerat חלבנין. Ita quod in Gemara Nid. 62. *a.* eſt חלביצים, id Shab. 90. *a.* eſt החלבנון. Qui ſic legebat, facile ſibi fingebat ferulam galbaniferam. Mihi videtur חלבצין eſſe Arabum حلبثا, quo nomine Beitarides Hippocratis πτισαναριον, & πτισανιδα Dioſcoridis deſcribit. Author Malayeſæ, nomen eſt دوا بقوعي *herba medicamentalis e genere ſalſolariarum.* Atque huc facit Jarchii לטרון ad Shab. 90. *a.* i. e. Gallice *Laiteron.*

4 *Baccharis.*] Maimonides neſcire ſe fatetur quid ſit בכריא. R. Nathan, & poſt eum alii, R. Tanchum, Bertinorius &c. כנגר exponunt. كنكر Perſis, & inde Arabum Medicis, eſt cardui vel ſcolymi genus. Nec tamen id novit R. Nathan, cui כנגר eſt ſpecies cocynthidis. Qui primus ita expoſuit, ſi quid video, non כנגר dixit, ſed כנגרי. Certe in Jarchii commentario ad Shab. 109. *b.* pro כנגר, quod in Gemara ſibi mendoſe legitur, bis reperio כנגרי. Sed R. Nathan inde affert כנגר. Proinde vix dubito quin legendum ſit כנגרי, i. e. κνηγιον. Eſt autem κνηγος vel κνηγευς, roris marini frugiferi fructus. Inde etiam frutex ipſe Hippocrati dicitur κνηγευς, ut author eſt Galenus in Gloſſis; & exrito elemento γ, Plinio *cachrys*. Proinde videtur, qui ita expoſuit, in Miſna hac legiſſe non בכריא ſed בכריא. Quod ſi quis probet, in verſione noſtra pro *baccharc* reponat *cachrys*.

5 *Radicula.*] Imperite, (ut mihi videtur) Maimonides רכשא exponit אלכם, atque ita eum ſecutus R. Tanchum. Ex Herbariis Arabum conſtat الاثم arborem eſſe grandiorem, foliis amygdalinis, vel potius lignum iſtius arboris, quæ in India & Æthiopia Zingitana naſcitur, ut ex Abuhanifa refert Beitarides, vel in inſulis maris Indici & Zingitani ut Author Malayeſæ, cujus decoctum ad tingendum uſurpatur. Edriſius etiam & Abulfeda Geographi Arabes

Ad illa pertinet jus anni ſeptimi, & ad pretia illorum. Ad illa autem non pertinet polluctura, nec ad pretia illorum. R. Meir pretia eorum polluceri aſſerit uſque ad annum ineuntem. Illi dictum eſt, Ad illa non pertinet polluctura, multo minus ad pretia.

3. Putamina mali punici & flos ejus, putamina nucum & nuclei, tum ipſa tum pretia eorum tenentur jure anni ſeptimi. Tinctor ſibi tinget, non autem mercede conductus. Neque enim licet mercaturam facere frugibus anni ſeptimi, primogenitis, primitiis, morticinis, diſcerptis, rebus abominandis, reptilibus. Nec licet olera agreſtia comparare, & in fore divendere. Poteſt autem quilibet legere, & filius ejus pro eo vendere. Si in uſum ſuum comparaverit, & ſuperſint nonnulla, ea licite væniunt.

4. Si quis [1] pecudem primogenitam comparaverit in filii nuptias, vel in feſtum ſolenne, nec ea opus habeat, vendere licet. Ferarum, volucrium, piſcium venatores, quibus fors objecerit genera immunda, ea licite vendunt. R. Juda addit, Etiam is, cuicunque in via forte obvenerit, capiat & vendat: ita tamen ne id pro arte quæſtuaria uſurpet. At Sapientes vetant.

5. Palmitum ſiliquarumque ſurculi, tum ipſi, tum pretia eorum tenentur jure anni ſeptimi; tum ipſi, tum pretia eorum polluceri debent. Verum ad ſurculos quercus, [2] piſtaciæ, [3] rhamni jus anni ſeptimi quidem pertinet, & ad pretia eorum. Polluctura autem nec ad ipſos, nec ad eorum pretia. Folia autem polluceri debent, quia de trunco cadunt.

6. Roſæ, cypro, balſamo, [4] ledo, tum ipſis, tum pretiis eorum jus

bes hanc arborem naſci tradunt in inſula quam ille رامي, hic Birunium & Pharaſum ſecutus لامري vocat, ad ortum à Sarandibo, ſive Taprobana. Ex his ſatis conſtat arborem بقم, exoticam plane nihil commune habere cum Miſnæ רכפה. Imperitius autem adhuc R. Nathan, & nonnulli apud R. Tanchumum רכפה hic exponunt שגר מרים, & בחור מרים, quibus nominibus Arabes intelligunt *cyclaminum*, plantam à tingendi uſu plane alienam, quæ vel ob iſtam rationem hic locum habere nequit. Ad רכפה prope accedit Arabum رخف, quod Jauhario eſt ضرب من الصبغ *tinctorium quoddam*. *Radiculam* poſui, dum quis certius quid afferat. Intelligo autem ת"ר Συρίας ἄνθος, ὁ καλεῖται βίζιον, de quo vide Salmaſii Exercitationes Plinianas, p. 1162.

1 *Pecudem primogenitam.*] Labe affectam.

2 *Piſtaciæ.*] Ita Maimonides & R. Tanchum. Accedit quod R. Salomo ad Gen. XLIII. 11. notat quendam R. Machirum Gloſſographum כבנים, quod ibi legitur, exponere פישטק"אים. Nec Judæi duntaxat ita interpretantur, ſed & Samaritani. Chaldæo-Samaritanus habet • בחחפ, Samaritanus Arabs nondum editus مستق. Quomodo etiam apud Interpretem Erpenianum legendum pro مستق. Huc etiam facit LXXII Interpretum πιστάκιος. Eſt enim piſtacia arbor terebintho ſimillima, utcunque fructu diſpar, unde veterum non paucis *terebinthus* audit.

3 *Rhamni.*] Notha Dioſcoridis de rhamno, Ἄφρῳ ἀνακάθ. Id plane noſtrum eſt אטדין.

4 *Ledo.*] Editi לטום hic habent, atque ita Paraphraſtæ Chaldæi pro לוט Gen. XXXVII. 25. XLIII. 11. Metaphraſtes Syrus etiam poſteriore loco حلصا. Priore حلصا

jus eſt anni ſeptimi. R. Simeon negat balſamo competere jus anni ſeptimi, quia non eſt fructus.

7. Si roſa nova oleo veteri condiatur, eximatur roſa; ſi novo vetus, polluceri debet. Si ſiliquæ novæ vino veteri condiantur, vel veteres novo, polluceri debent. Hæc eſt regula generalis: Quicquid ſaporem conferat rei diverſi generis admiſtum ad pollucturam obligat, rei ejuſdem generis quantulumcunque. Proventus anni ſeptimi quantulumcunque rem aliam ſui generis illicitam reddit, non ſui generis quantum ſaporem conferat.

CAP. VIII.

1. REgula magna traditur de anno ſeptimo: Quicquid homini privatim in eſcam cedit, eo non fiet malagma homini; nec opus eſt addere, quadrupedi. Quicquid homini non privatim in eſcam cedit, eo fit malagma homini, non autem quadrupedi. Quicquid nec homini nec quadrupedi privatim in eſcam cedit, ſi tamen deſtinatum ſit eſcæ hominis & quadrupedum, ei imponuntur graviſſimæ conditiones *eſcæ* hominis & quadrupedum. Si lignis deſtinatum ſit, lignis deputatur, ut ſatureia, hyſſopus, thymus.

2. Proventus anni ſeptimi in eſcam cedit, in potum & in uſum ungendi; ut comedatur ea res, quæ eſui apta, illinatur autem illa quæ unctioni apta. Non illinetur vinum vel acetum: oleum autem illinitur. Similiter de primitiis & decimis ſecundis. Potior proventus anni ſeptimi conditio quam illarum, nam is etiam ad lucernarum uſum adhibetur.

3. Fruges anni ſeptimi non væniunt menſura, pondere vel numero. Non ficus numero, non olus pondere. Sammæani addunt, etiam nec faſciculis. Hillelæi id quod in faſciculos colligi ſolet [1] ut domum portetur, in faſciculos etiam colligi permittunt ut in forum deferatur, veluti porra & tithymalum.

4. Si

habet, ſed & ibi legendum جوصا.

Vox eadem cum Chaldæa. Hanc noſtram לטום interpretantur nonnulli *caſtaneam*, non alia (opinor) de cauſa quam quia R. Saadias in verſione ſua pro לוט poluerat שאהבלוט, quomodo Arabes caſtaneam vocant, pro qua voce in Kimchii Lexico mendoſe legitur שיך בלוט. Saadiæ autem temeritatem in hiſce rebus notat & acriter inſectatur Abenezra ad Gen. II. 10. Mihi perplacet ſententia Junii ad Gen. XXXVII. 25. ut tam לוט, quam לטום ſit ciſti ſpecies, quam λάδδν vocant. Vide etiam Ludovicum de Dieu ad eundem locum. Attamen in MS legitur לוטם, tam in Miſna quam in Maimonidis commentario, atque ita etiam in Nathanis Lexico, quod *lotus* eſſe videtur. Sed quia jungitur hic cum קטף, pariter ac in Paraphraſtis Chaldæis, nihil mutandum cenſeo. Judæis autem ſolenne ם & ם finale confundere in peregrinis.

1 *Ut domum.*] In MS legitur לבית & לשוק, melius quam בבית & בשוק, quod habetur in impreſſis.

1 *Sicu-*

4. Si quis operario ſic dixerit; *En tibi aſſarium hoc; tu autem lege mihi olus hodie*; merces ejus [1] ſoluta reputatur. *Lege mihi* [2] *pro illo olus hodie*; merces nexa eſt. Si quis acceperit panem dupondii à piſtore [3 ita pollicitus]; *Cum legero olera agreſtia, ad te afferam*: licet. Si ſimpliciter ab eo acceperit, non ei ſolvet de nummis anni ſeptimi. Neque enim licet nomina diſſolvere nummis anni ſeptimi.

5. Eoſdem non licet [4] dare putei cuſtodi, balneatori, tonſori, navarcho. Dare autem licet putei cuſtodi ob aquam bibendam. Univerſis etiam dare licet gratuito.

6. Ficus anni ſeptimi in [5] tabulato pandere non licet, in glabreto licet. Uvas in torculari calcare non licet, in mactra licet. Oleas facere trapeto & prelo non licet, tundere & preſſorio ſubdere licet. R. Simeon permittit etiam [6] trapeto molere & preſſorio ſubdere.

7. Non licet excoquere olus anni ſeptimi in oleo primitio, ne illud ad depravationem perducat. R. Simeon permittit. [7] Noviſſimum quodque ſubjicitur juri anni ſeptimi, & fructus etiam ipſe nexu tenetur.

8. Non licet mercari ſervos, prædia, immundum pecus nummis anni ſeptimi: & ſi quis mercatus ſit, tantundem eorum vice cibariis impendito. Nidos profluvioſorum, profluvioſarum, puerperarum adducere non licet ex nummis anni ſeptimi: & ſi quis adduxerit, tantundem eorum vice cibariis impendito. Vaſa perungere oleo anni ſeptimi non licet: & ſi quis perunxerit, tantundem ejus loco cibariis impendito.

9. Si quis pellem perunxerit oleo anni ſeptimi, R. Eliezer cremari jubet. Sapientes tantundem cibariis impendi. Coram R. Akiba dictum eſt, R. Eliezerem pellem oleo anni ſeptimi perunctam cremari juſſiſſe. Tunc ille, Tacete, inquit; non dicam vobis quid de ea re juſſit R. Eliezer.

10. Inſuper dixerunt coram R. Akiba, R. Eliezerem eum qui panem Cuthæorum comedit, comedenti carnem ſuillam æquiparaſſe. Quibus ille, Tacete; non dicam vobis quid de ea re ſenſit R. Eliezer.

11. Si

1 *Soluta.*] Lege anni ſeptimi.

2 *Pro illo.*] Illud בו *pro illo* indicat olus iſto numo væniſſe. Idem enim eſt ac ſi dixerat, *Lege tantum quantum valet.* Locutionis differentia eſt inter conductorem & mercantem.

3 *Ita pollicitus.*] Subintelligenda enim, vel ſupplenda in Miſna לו ואמר, quæ verba habentur in Toſaphta.

4 *Dare.*] Pro mercede conventa.

5 *Tabulato.*] מוקצרה inſtrumentum eſt ad ficus pandendas, ut in eo inareſcant, comparatum. Deſcriptionem vide, ſi libet, apud Columellam XII. 15.

6 *Trapeto.*] Talmud Hieroſolymitanum, בבירית חברת pro הבר בבירית, i. e. *in Socii ædibus.*

7 *Noviſſimum quodque.*] Si fructus anni ſeptimi alia re permutetur illa deinde alia, & ſic deinceps, fructus ipſe conditionem non mutat, & noviſſima earum rerum juri anni ſeptimi ſubjicitur.

1 *Blita,*

11. Si balneum ſuccenſum ſit ſtramine vel ſtipula anni ſeptimi, eo lavari licet. Sed qui honoratioris ordinis eſt eo lavari non debet.

CAP. IX.

1. RUta, [1] blita, corrudæ, [2] portulaca agreſtis, coriandrum montanum, apium fluviatile, eruca pratenſis immunes ſunt à decimatione, & à quoquam licite emuntur anno ſeptimo, quia iſtiuſmodi

1 *Blita, corruda.*] Maimonides ירבוז Arabice eodem vocabulo vocari notat. R. Tanchum Arabice גרבוז, ſed & ירבוז, cui olus eſt atriplici vel ſpinachio ſimile, ſed ampliore folio. Herbarii Arabum utrumque agnoſcunt, uti etiam جربوز & جربوز, & idem olus eſſe volunt cum illo quod vocant بقلة يمانية *olus Jamanenſe*, i. e. olus Arabiæ fœlicis, quomodo blitum vocant. Serapion: البربوز هو بكلام اهل الشام البقلة اليمانية i. e. بربوز *Syrorum dialecto olus Jamanenſe eſt.* Mox ex Alexandrini Excerptis ex Galeni libro de medicamentis ſimplicibus: البربوز بالعربية هو البقلة اليمانية التي تسمي بليطوش *Lingua Arabica* جربوز *dicitur olus Jamanenſe, quod blitum appellatur.* Blitum autem olus eſt atriplici & ſpinachio fœtis ſimile, ut R. Tanchumo & Arabibus probe conveniat. Poloni etiam hodieque blitum ſua lingua **jarmuz** vocant, quod eſt Arabum جرموز. Blitum ergo poſui, quamvis non neſciam blitum alibi in Miſna תרדין dici. Forſan eodem modo differunt, quo blitum & ſpinachium. Vel forſan ירבוז proprie eſt erraticum & agreſte genus. Sed hoc alii viderint. Quod autem hic legitur והירבוזין השוטים; quomodo editi omnes, præter Talmud Hieroſolymitanum, ubi legitur והריבוזין, una literula trajecta, habent, MS etiam, Maimonides, R. Tanchum &c. pro eo in Gemara Succa 39. *b.* ubi hæc Miſna citatur, legitur והירבוזין והשיטים, quomodo etiam ibi legit R Salomo, qui ירבוזין Germanice interpretatur הנפלש, vernacule אויידלש; שיטים autem pro oleris nomine habet & exponit אישפרוש *Aſperges, aſparagus.* Ita etiam R. Nathan olim legebat non ſolum in loco iſto Gemaræ, ſed & in Miſna noſtra, ut inde conſtat. quod priorem vocem in ירבו exponat *aſparagum horſenſem*, poſteriorem *agreſtem*, vel & *ſamiculam*; quanquam hodierni codices tam hic, quam in שבת, & in הלוגלוגות, hoc eſt *ter*, mendoſe nobis exhibent היירבוזין השרטין, contra illius mentem. Et hic ergo reponenda והשיטים, vox minus nota, adeoque in notiorem שוטים ſcribarum temeritate mutata. הירבוזין השוטים ſonaret, *blita fatua*, vel *erratica*.

2 *Portulaca agreſtis.*] Supra habuimus רגילה, quod eſt Arabicum رجلة *portulaca*. Hic eſt חלוגלגית, quod etiam eſt portulaca, ſed diverſa ſpecies. Neſciverunt aliquando quid iſta voce deſignaretur, donec adeuntibus nonnullis ædes Rabbi percontandi cauſa, ecce חד ר' דוה טעין פרפחיניה בגולתיה ונפלון מיניה. אמרה ליה ר' רבי ר' נתפזרו חלוגלגותיך *quidam Rabbinus ſecum portabat portulacas in pallio, qua illi forte exciderunt. Cui ancilla, Rabbi, Rabbi, exciderunt tibi* חלוגלגות. Hæc in Gemara Hieroſolymitana, nec multo aliter in Babylonica Megil. 18. *a.* Hinc illis innotuit חלוגלגות portulacas eſſe, eaſdem nempe cum פרפחינין, quæ vox Syris etiam & Arabibus portulacam notat. Arabibus فرفخين & فرفخين, non فرفح & فرفحين, ut minus bene Golius. In optimo codice Ebn Jazlæ ter ſcriptum reperio فرفخ, bis etiam cum appoſita nota, صح, ut recte ſcriptum agnoſcas, ſemel etiam addito بالخا المعجمة *cum litera* خ *punctata.* Ita etiam exaratum video in pereleganti & optimæ notæ codice Jauhari

modi olera non ſolent cuſtodiri. R. Juda ſinapi reſtibile licitum pronunciat, quia de eo ſuſpecti non ſunt legem violantes. R. Simeon cuncta reſtibilia licita pronunciat præter braſſicam reſtibilem, quia iſtius generis nil reperitur inter olera agreſtia. Sapientibus univerſa reſtibilia illicita cenſentur.

2. Trifariam diſpeſcitur terra ratione poliucturæ, in Judæam, Peræam, & Galilæam; quæ ſingulæ etiam trifariam. Galilæa in ſuperiorem, inferiorem, & vallem; quarum ſuperior complectitur quicquid ſupra Capharananiam quod ſycomoros non ſuſtinet, inferior quicquid infra Capharananiam quod fert ſycomoros, vallis territorium Tiberiadis. Judæa in montanam, campeſtrem, & [80] vallem. [81] Campeſtria Lyddæ æquiparantur [82] campeſtribus auſtri, montana ejuſdem monti

harii meo. Quamvis autem رجلة & فرفخ, quantum video, apud Arabum Herbarios mere ſint ſynonyma, nobis tamen differentia ponenda eſt inter חלוגלוגית vel חלוגלוגיות & רגילה. Maimonides: חלוגלוגית נוע מן ארגלה כביר שורק טויל אסאק והו שבקלה אלחמקא *Portulaca ſpecies eſt latifolia, caulibus longioribus, quæ olus fatuum dicetur.* Plane habes portulacam agreſtem Dioſcoridis, quod & huic loco optime congruit. Quod ſi voluit Maimonides hanc duntaxat ſpeciem Arabice dici البقلة الحمقا *olus fatuum*, magnopere fallitur, ut præter Herbariorum Arabum autoritatem, ſatis conſtat ex adagio: احمق من رجلة *Stultior portulaca*; ad quod notat Midanius adagii anſam inde accerſitam, quod Arabes portulacam الرجلة, hoc eſt, alteram ſpeciem, vocant *olus fatuum*.

80 *Vallem.*] In editis pleriſque hic legitur והנגב & *plagam meridionalem.* Sed MS & Maimonides habent והעמק & *vallem.* Ita etiam edidit Jomtobus: atque ita legi debere patet ex Toſaphta & Talmude Hieroſolymitano. Vallis autem, quam deſignant, plane non ad auſtrum Judææ, ſed potius ad ortum æſtivum, ab Engaddi Hierichuntem uſque protenſa.

81 *Campeſtria Lydda.*] Mireris hic non immerito ſtuporem interpretum Judæorum, qui campeſtria & montana Lyddæ, uti etiam regionem à Bethorone ad mare in Peræa vel Tranſjordanina ponunt, atque hanc eſſe volunt trimembrem Peræe diviſionem. Quis unquam vel ſando audivit de Lydda & Bethorone in Peræa? quæ utræque in Judæa ſatis celebres. Miſna noſtra hoc dicit, Judæam quoad hanc rem partiri in montanam, campeſtrem, & vallem. Lyddæ territorium, quæ pars Judææ, propter inæqualitatem neutri harum recte contribui, ſed campeſtria ejus ſequi conditionem regionis campeſtris, montana montanæ, ſive montis regii. Perææ diviſionem in Miſna omiſſam ſupplet Toſaphta, unde etiam in Gemaram Hieroſolymitanam tranſiit. Sed utrobique non ſine graviſſimis mendis, ut incurioſi plane ſunt Judæi in libris ſuis edendis. Toſaphtæ locus emendatus, neſcio tamen, an hactenus ſatis ſanus, ſic habet רבי שמעון בן ליעזר אומר איזהו הר שבעבר הירדן כגון הרי מכוור וגרור וחברותיו שפלה שלרה חשבון וכל עריה שבמישור דיבון ובמות בעל ובית בעל מעון עמק שלרה כגון בית נמרה ובית הרן וחברותיה *R. Simeon Elieæris inquit; Quanam eſt montana Peræa? Nempe montes Macharuntis, & Gador cum reliquis ejuſmodi. Campeſtris ejuſdem Eſbon cum omnibus ejus oppidis, quæ in planitie, ut Dibon, Bamothbaal, Bethbaalmaon. Vallis ejuſdem Bethnamra, Betharan, cum reliquis ejuſmodi.* In editis pro הרי מכוור *montes Machæruntis*, habentur הרים וכגבור, nominum monſtra. Deinde pro בית נמרה ובית הרן Legitur בירת נמרא דמתא. Sed cum בירת & נמרה בות הרן conjunctas repetio Num. XXXII. 36. eaſdem etiam in Gemara Hieroſolymitana tanquam ex Toſaphta, ſed inverſo ordine; non dubitavi eaſdem urbes Toſaphtæ reſtituere. Somniaſſe credas Maimonidem & alios, qui cum hæc in promtu habere poterint, maluerunt tamen Lyddam & Bethoronem locis ſuis revulſas trans Jordanem portare.

82 *Campeſtribus auſtri.*] Id eſt, Judææ, nam Judæa frequentiſſime דרום audit, i. e. regio meridionalis, cum opponitur Galilææ.

monti regio. A Bethorone autem ad mare [83] regio ſingularis.

3. Quamobrem dictum eſt, terram trifariam diſpeſci? [84] Ut uniuſcujuſque fructu veſci liceat, dum noviſſimus in ea defecerit. R. Simeon negat tripartitam diviſionem de alia traditam quam de Judæa: reliquas omnes ſequi conditionem montis regii. Univerſæ ejuſdem conditionis ſunt quoad olivas & dactylos.

4. Veſci licet fructibus [85] propter palam expoſitos, non propter cuſtoditos. R. Joſes permittit etiam propter cuſtoditos. Veſci licet propter [86] cordos & biferos, non autem propter brumales. R. Juda permittit, dummodo præcociores maturuerint æſtate nondum finita.

5. Si

83 *Regio ſingularis.*] Et tamen in Talmude Hieroſolymitano ſic quidam R. Johannes: עיד היא יש בה הר ושפלה ועמק מבית חורון ועד אמאוס הר מאמאוס ועד לוד שפלה מלוד ועד הים עמק *Et hæc etiam in montanam, campeſtrem & vallem diſpeſcitur. Montana à Bethorone uſque Emmauntem: campeſtris ab Emmaunte uſque Lyddam: à Lydda ad mare uſque vallis.* Et vel hinc etiam conſtare poterit de ſitu Bethoronis & Lyddæ, qui plane idem hic iis aſſignatur, & in Joſepho de Bello II. 37.

84 *Ut uniuſcujuſque &c.*] Nimirum ſi quis fruges anni ſeptimi domi condiderit, iis licite uti & veſci poteſt, quamdiu reſtant ejuſdem generis in agro. Deficientibus autem ex agro, amplius ſervare non licet, ſed tenetur לבער *pollucere.* Atque hæc eſt ביעור *pollutura* frugum anni ſeptimi quam hic exponere debeo. Fruges anni ſeptimi juxta legem Lev. XXV. 7. præter homines pecoribus etiam & feris in eſcam cedere debebant. Hinc Magiſtri, ex quorum placitis fruges anni ſeptimi domi recondere & in uſus depromere licebat, in Siphra concludunt non ulterius domi reconditas ſervare licere, quam idem genus in agris perduret pecoribus & feris expoſitum; deinceps neceſſe eſſe ut polluceantur; id eſt, ut denuo palam exponantur, & occupantium fiant. Ipſe etiam paterfamilias, qui recondiderat, denuo occupare poterat, & occupatis deinceps licite veſci dum abſumantur. Hæc eſt ſententia Toſaphtæ cap. VIII. מי שיש לו פירות שביעית והגיע שעת הביעור מחלק מהם לשכניו ולקרוביו ולמיורעיו ומוציא ומניח על פתח ביתו ואומר אחינו בית ישראל כל מי שצריך ליטול יבוא ויטול וחוזר ומכניס לתוך ביתו ואוכל והולך עד שיכלו *Is cui ſuppetant fruges anni ſeptimi, inflante pollutura articulo, partem earum diſtribuat vicinis propinquis & neceſſariis; reliquas efferito, & pro adium foribus expoſito, ita fatus,* FRATRES NOSTRI ISRAELITÆ, CUICUNQUE VESTRUM HORUM OPUS EST, VENITO, SUMITO. *Hoc factò denuo domi recondere licebat, inſque veſci ſubinde dum abſumerentur.* Atque hæc erat polluctura ad mentem Toſaphtæ, cujus unum vel alteram mendum ſuſtulimus ope Autoris Additamentorum, quæ Toſephoth vocantur, ad Peſac. 52. *b.* Moſis Cottienſis Præc. Aff. 147, 148. & Joſephi Cari ad Maimonidem Hal. Shemit. VII. qui omnes hanc Toſaphtam adducunt. Maimonides loco dicto longe aliter de polluctura ſentit. Sic enim iſte parag. 3. היו לו פירות מרובין &c. *Si cui frugum copia ſuppetat, diſtribuit quantum ſatis eſt tribus refectionibus, ſingulis. Poſt polluturam nec pauperes nec divites iis licite veſcuntur. Si autem non reperierit qui comederent cum inſtaret polluctura, igne eremare debet, vel in mare ſalſum projicere, vel quovisſcunque modo abolere.* Hic acriter contra Maimonidem inſurgit R. Abraham Davidis, & ignoraſſe eum aſſeverat quid rei eſſet ביעור. Et quidem deceptus eſt Maimonides prava lectione, quam mox parag. 8. notamus. Sed nec Abrahamus ille cenſuram evitat, quem paris ignorantiæ hac in re, dum geminam polluturam comminiſcitur, inſimulat Joſephus Carus, apud quem totam hanc rem diſputatam reperiet lector ſtudioſus. ביעור adeo in his conſiſtebat, ut fruges domi coactæ quo tempore ejuſdem generis non amplius in agris extabant, in publicum protractæ occupantibus exponerentur; quod jure videor *Polluturam* dixiſſe.

85 *Propter palam expoſitos.*] Quamdiu illi extant.

86 *Cordos.*] Codices habent טפיחים, quod etiam agnoſcunt interpretes, & multum ſe torquent in explicatione. Maimonides: והי שחבוב שצלבה מן אנואע שתבואה ושקטנית שתי לא תזרע ואנמא היו תנבת בשטבע והיתבקי פי ארץ כתיר ליבסהא וצלאבתהא והי פי סאיר שאנואע סתל שקרטמאן מן נוע שעשיר שדי אסמה טופיח במא דכרנא מראת i. e. טפיחים *grana ſunt duriora in genere frumenti & leguminum, quæ non*

5. Si quis terna ſalgama condierit in eadem fidelia, R. Eliezer propter [87] primum duntaxat iis veſci licere cenſet; R. Joſua etiam propter noviſſimum. Rabban Gamaliel jubet genus quodlibet, quod ex agro defecerit, è fidelia pollucere. [[88] Atque Conſtitutio eſt juxta illius ſententiam.] R. Simeon omnia olera paria eſſe vult quoad pollucturam. Portulaca veſci licet uſque dum defecerint [89] cinaræ è convalle Bethnetophæ.

6. Qui legerit herbas virentes, *iis utitur*; uſque dum exaruerit ſuccus. Qui aridas conquiſiverit, uſque dum ceciderit pluvia ſecunda. *Qui legerit* arundinum vel vitium frondes, uſque dum à trunco ſuo defluxerint. Qui aridas conquiſiverit, uſque dum ceciderit pluvia ſecunda. R. Akiba de univerſis dicit, uſque dum ceciderit pluvia ſecunda.

7. Similiter ſi quis ædes alii locaverit ad uſque hyemem, intelligitur uſque dum ceciderit pluvia ſecunda. Si quis voto interdictus ſit utilitati ab alio percipiendæ ad uſque hyemem, intelligitur uſque dum ceciderit pluvia ſecunda. Quouſque pauperibus competit jus in hortos intrandi? Uſque dum ceciderit pluvia ſecunda. A quo tempore ad uſus adhibere & cremare licet ſtramen & ſtipulam anni ſeptimi? Ex quo ceciderit pluvia ſecunda.

8. Is qui fructus habet anni ſeptimi quo tempore inſtiterit pollucendi articulus, eſcam trium refectionum [90] ſingulis diſtribuat. Pauperes etiam poſt pollucturam iis veſcuntur, non autem divites. Ita R. Juda. R. Joſes parem rationem eſſe pauperum & divitum cenſet, &

non ſeruntur, ſed ſponte prodeunt. Diu in ſolo perdurant propter ariditatem & duritiem, & in reliquis generibus idem ſunt, quod in bordeo قرطمان, *quod dicitur* טופיח, *ut ſupra diximus aliquoties.* Et de hoc penes ipſum fides eſto. Vide autem quæ nos ſupra ad Pea VI. 7. Interim in Toſaphta pro טפיחים legitur ספיחים, forſan melius. Locus hunc noſtrum illuſtrat, & ſic eſt. אין אוכלין על הספיחים שבעכו רבי יוסי אומר אוכלין על הספיחין שבעכו ועל הריפרא אבל לא על שיפוניות רבי יהודה אומר אף על שיפוניות רבי יוסי אומר הריפרא שביכרה עד שיכלה הקיץ אוכלין עליה. Ubi pro שיפוניות bis legendum סתוניות, & pro שיכלה legendum שלא יכלה. Verba ita emendata hunc ſenſum fundunt. *Non fructibus veſci licet propter cordos Aconis. R. Joſes veſci permittit propter cordos Aconis, & propter biferos; non autem propter brumales. R. Juda etiam propter brumales. R. Joſes propter biferam arborem, qua præcociores tulit ante finem æſtatis veſci permittit.* Sed in Gemara Hieroſolymitana ex Toſaphta legitur etiam טפחים.

87 *Primum.*] Illud quod primo deficit.

88 *Atque Conſtitutio.*] Deſunt in Talmude Hieroſolymitano, non autem in MS.

89 *Cinaræ.*] Hoc voluit R. Nathan, dum קרדי דומישתקי *cardi domeſtichi*, pro סנריות hic ponit. Sed non ſolent Græcorum κ per ק exprimere. Cinaram vero alibi קינרס vocant: ut non dubitem, quin falſus ſit R. Nathan. Scriptum autem reperio non ſolum סנריות, ſed & סנריות, & סנדריות. In Siphra etiam Sectione בהר, cap. 3. in utraque editione legitur סנדריות מבקעת בית טיפח; ſed Aaron *b* benhaiimus in commentariis ibi habet כנדריות, & ex Maimonide סנריות; & pro בית טיפח, ut nos בית נטופה. In membranis autem Siphræ reperio מבקעת בית נטופא. סנדריות. Si recta ſit ſcriptura per geminatum ם, depravatam vocem crederem ex Græco στυφλάγκη, vel στυφμάγκη.

90 *Singulis.*] Domeſticis & neceſſariis. Vide Toſaphtam cap. VIII.

& utrosque post polluctura[91] recte iis vesci.

9. Si quis habeat fructus anni septimi, qui ipsi hæreditatis jure obtigerint, vel dono dati fuerint. R. Eliezer eos iis dari jubet, qui comedere velint. At Sapientes dicunt, neminem mercede conducendum ut peccet; propterea vendi potius iis qui comedere velint, & pretia quibuscunque distribui. Qui comederit de massa farinæ anni septimi fecio nondum delibato, mortis reus est.

CAP. X.

1. ANnus septimus remittit mutuum sub chirographo, & non sub chirographo. Creditum tabernæ non intercidit. Sin mutuum fiat, illud intercidit. R. Juda[92] primum quodque intercidere censet. Mercenarii merces non intercidit. Sin mutuum fiat, illud intercidit. R. Joses autumat mercedem operis, quod intermitti debet anno septimo, intercidere; operis, quod anno septimo non intermittitur, non intercidere.

2. Qui juvencam mactans[93] distribuerit sub anni initio, si mensis intercalatus fuerit, remittit; sin vero, non tenetur remittere. Multæ ejus qui vi stuprum extorserit, vel eblanditus fuerit, & illius qui cujusquam famam læserit, atque omnia denique judicata Synedrii non remittuntur. Is qui pignore accepto mutuum dederit, & is qui tabulas Synedrio tradiderit, remittere non coguntur.

3. [94] Judicialis cautio non perimitur. Hæc una est earum rerum, quas instituit Hillel senior. Cum populum videret à mutui datione invicem alienum fieri, adeoque illud quod in lege scriptum est (Deut. XV. 9.) *Caveto tibi, ne rem nequam animo cogites*, &c. violari, instituit Hillel cautionem judicialem.

4. Ju-

91 *Recte iis vesci.*] Omittendi enim particula negativa אין, quæ in nonnullis editionibus, & in MS; quam etiam agnoscit Maimonides. Omittitur in Siphra impressa & manu exarata, ubi hæc Misna citatur, in Sectione פהר cap. 1. Omittitur etiam in Tosaphta, in Tosephoth ad Pesac. 52. *b.* & in Mose Cottiensi. Hic locus Maimonidem fefellit, ut polluctura eam esse diceret, qua fruges certo tempore ex rerum natura penitus abolerentur.

92 *Primum quodque.*] Eorum quæ ex officina concreditæ sunt.

93 *Distribuerit.*] Ratus nimirum annum septimum elapsum esse, adeoque sibi utilem actionem de pretio competere. Si mensis Elul intercalatus sit, adeoque dies quem ad novum annum pertinere ratus est, revera ad septimum pertineat, qui partes juvencæ acceperint convenire non possunt.

94 *Judicialis cautio.*] Ita interpretor vocem פרוזבול vel פרוסבול, de qua Judæi ineptiunt, alii vero multum se torquent. Est enim פרוזבול cautio πρὸς ἐκλυσιν, coram judicibus interponenda. Hoc sibi vult celebre illud vocis etymon R. Hasdæ in Gemara Gitt. 36. *b.* ubi פרוסבול בוטי exponit פרוסבול סגוי. Voces male conjunctæ pariter & male divulsæ. R. Hasda, vix dubito quin dixerit פרוס בוליוטי i. e. πρὸς ἐκλυσιν. Id etiam voluit R. Joseph: אלו בולאות שביהוד illi sunt οἱ τῶν Iudæorum ἐκλυσιται. Aliter tamen Samuel; פרוסבולא עולבנא significans דרייני פרוסבול esse violentam machinationem judicum, qua divinam legem temerabant, i. e. πρωτόκλισι.

95 *Cum*

4. Judicialis cautionis hæc eſt formula: HOC EGO VOBIS TRADO, N. ET N. JUDICES LOCI N. UT QUODCUNQUE ÆS ALIENUM MIHI DEBETUR, ID EGO VINDICEM QUO TEMPORE LIBEBIT. Judices autem infra ſubſignant, vel teſtes.

5. Judicialis cautio [95] cum prochroniſmo rata habetur, cum metachroniſmo irrita. Æris alieni tabulæ cum prochroniſmo irritæ, cum metachroniſmo ratæ. Si unus quiſquam à quinis mutuum accipiat, ſingulis ſcribenda eſt judicialis cautio. Si quini ab unico, ei unica ſcribenda eſt judicialis cautio pro omnibus.

6. Non ſcribenda eſt judicialis cautio niſi oppignerato fundo. Si *debitori* non ſuppetat, *creditor* impertiat ei jus ad agri ſui partem quantulamcunque. Si habeat agrum oppigneratum in urbe, ſuper eum ſcribitur judicialis cautio. R. Hoſpithes viro ſcribendam exiſtimat oppigneratis uxoris opibus, pupillis oppigneratis opibus curatorum.

7. [96] Alveare apum R. Eliezer exiſtimat tanquam fundum reputari, ut eo oppignerato ſcribatur cautio judicialis, ut loco hærens pollutionem non recipiat, & ut is qui inde favos eximit ſabbato, reus fiat. At Sapientes negant pro fundo haberi, adeoque eo oppignerato cautionem judicialem non ſcribi, loco hærens pollutionem recipere, eum denique qui inde favos eximat ſabbato, immunem fore.

8. Si quis æs alienum rependere velit anno ſeptimo, *creditor* ſic ei dicito, *Remitto ego*: ſi reſpondeat, *Quantumvis ita*, accipito. Dicitur enim (Deut. XV. 2.) *Atque hoc eſt* [97] *verbum remiſſionis.* Similiter homicida, qui in urbem perfugii ſe receperit, ſi incolæ urbis eum ad honores evehere velint, ſic illis dicito, *Homicida ſum:* ſi reſpondeant, *Quantumvis ita*, accipito. Dicitur enim (Deut. XIX. 4.) *Atque hoc eſt verbum homicidæ.*

9. Si quis æs alienum reddet anno ſeptimo, res pergrata eſt Sapientibus. Qui mutuum acceperit à proſelyto iſto, cujus liberi una cum

95 *Cum prochroniſmo.*] Quia ſic cauſa creditoris decernoſ fit, quod ſecus accidit in tabulis æris alieni. Judicialis enim cautio non aliter valet quam in illis nominibus, quæ ante ejus in Synedrio deditionem facta. Quæ poſt facta nulla cautione interpoſita, priore non obſtante perimuntur anno ſeptimo. Si quis ideo cautionem cum prochroniſmo interpoſuerit, id in ſuum ipſius damnum cedit. Contra ſi tabulæ æris alieni prochroniſmo peccent, irritæ habentur, quia ita creditoris cauſa melior fieret cum damno alterius. Si enim in inſtrumento adſcribatur tempus, quod tempus nominis facti ſemeſtri ſpatio antecedit, ſic creditori evictio competeret contra bonæ fidei emtorem, qui intra illud tempus ſemeſtre, hoc eſt ante nexum fundum debitoris mercatus eſt.

96 *Alveare apum.*] Occurrit iterum Oketz III. 10.

97 *Verbum remiſſionis.*] Cauſa, ratio, vel modus remiſſionis & σεισαχθειας. Id ſignificat דבר השמטה. Sed quia דבר *verbum* eſt, ineptuli Magiſtri inde arguunt neceſſitatem remittendi ſaltem verbo tenus, utcunque debitor paratus ſit rependere.

cum illo proſelyti facti, liberis reddere non tenetur. Si vero reddiderit, res pergrata eſt Sapientibus. Bona mobilia univerſa tractione acquiruntur. Sed res pergrata eſt Sapientibus, ſi quis [98] dicto ſtet.

98 *Dicto ſtet.*] Nudo pacto, ubi nulla acceſſerit tractio, quæ ad jus transferendum neceſſaria.

TIT.

TITULUS VI. TERUMOTH,

SIVE

DE PRIMITIIS.

CAP. I.

1. QUINQUE non delibabunt primitias, & ſi delibaverint, quod delibatum eſt pro primitiis non habetur: ſurdus, mente captus, minor, is qui delibat de re non ſua alienigena qui delibat de re Iſraelitæ etiam ex illius mandatu. Quod ab his delibatum eſt pro primitiis non habetur.

2. Surdus, qui loquitur, ſed non audit, non delibabit: ſed ſi delibaverit, quod delibatum eſt pro primitiis habetur. Surdus, de quo ubique loquuntur Sapientes, is eſt qui neque audit neque loquitur.

3. Quod à minore, qui nondum emiſerit duos pilos, delibatum eſt, R. Juda pro primitiis haberi cenſet. Si priuſquam attigerit [1] ætatem vota nuncupandi, quod delibaverit R. Joſes pro primitiis haberi negat; ſin poſtquam attigerit ætatem vota nuncupandi, pro primitiis haberi cenſet.

4. Non eſt delibandum de olivis olei primitias, nec de uvis primitias vini. Et ſi quis delibaverit, Sammæani agnoſcunt ipſarummet primitias in illis haberi. Hillelæi quod ita delibatum eſt pro primitiis haberi negant.

5. Primitiæ non deſumuntur de ſpicilegio, prætermiſſo, angulo, vel re communi. Neque de decimis primis quarum primitiæ nondum detractæ, neque de decimis ſecundis vel conſecrato nondum redemtis. Non de nexo pro immuni, neque de immuni pro nexo. Non de avulſo pro fundo adhærenti, neque de fundo adhærenti pro avulſo. Non de novo pro veteri, neque de veteri pro novo. Non de frugibus terræ pro frugibus extraneis, neque de frugibus extraneis pro frugibus terræ. Et quod ita delibatum eſt, pro primitiis non habetur.

6. Quin-

1 *Ætatem vota nuncupandi.*] In maribus duodecim annos & inſuper diem unum; in fœminis undecim & inſuper diem unum.

6. Quinque non delibabunt; ſed ſi delibaverint, quod delibatum eſt pro primitiis habetur. Mutus, ebrius, nudus, cæcus, fluxum paſſus non delibabunt; ſed ſi delibaverint, quod delibatum eſt pro primitiis habetur.

7. Non delibantur primitiæ menſura, pondere vel numero. Delibantur autem de re menſurata, ponderata vel dinumerata. Non debeat deſumi caniſtro vel ſporta, quæ menſuræ ſint. Deſumi autem poſſunt iiſdem dimidiis vel ſubtriplis. Non deſumentur ſato dimidio, quia dimidium ſati menſura eſt.

8. Non deſumi debent primitiæ de oleo pro olivis contundendis, neque de vino pro uvis calcandis. Sin deſumantur, primitiæ ſunt, ſed aliæ deinceps deſumuntor. Harum priores [2] ſeorſim inficiunt, & ad [3] quintam obligant. Non autem ſecundæ.

9. Delibantur autem primitiæ de oleo pro olivis condiendis, & de vino pro uvis ut paſſæ fiant. Utique ſi quis primitias delibaverit de oleo pro olivis in eſcam, vel de olivis pro aliis olivis in eſcam; de vino pro uvis in eſcam, vel de uvis pro aliis uvis in eſcam; deinde mutata ſententia calcare velit, non opus eſt denuo primitias deſumere.

10. Non delibandæ ſunt primitiæ de re elaborata pro re nondum elaborata, neque de re nondum elaborata pro re elaborata, neque de re nondum elaborata pro alia re necdum elaborata. Sin ita delibatæ ſint pro primitiis habentur.

CAP. II.

1. NOn delibandæ ſunt primitiæ de mundo pro immundo, ſin delibentur, primitiæ ſunt. Vere dixerunt, de orbiculo palathæ ab una parte polluto, de parte ejus munda delibari primitias partis immundæ. Similiter de faſciculo olerum, & frumenti acervo. Si bini extiterint orbiculi, bini faſciculi, vel bini acervi, quorum unus immundus, alter mundus, non deſumentur primitiæ altetius ex altero. R. Elieezer autumat immundi primitias ex mundo recte delibari.

2. Non delibandæ ſunt primitiæ de immundo pro mundo: ſed ſi quis delibaverit imprudens, quod delibavit pro primitiis habetur; ſin

2 *Seorſim inficiunt.*] Si ſeorſim incidant in rem communem non centies majorem, efficiunt ut ea ſeta primitiarum conditionem ſequatur, aliis quam Sacerdotibus eſui illicita. Vide ſupra Dem. I. 3.

3 *Quintam.*] Ut quicunque eas corruperint, qui חרם ſint, i. e. à Sacerdotum clero alieni, illi & ſortem reddere, & quintam ſuperaddere teneantur.

4 *Sepa-*

ſin de induſtria nil quicquam egit. Eodem modo Levita cui decimæ exiſtant illibatæ, ſi primitias illarum [4] ſeparare perrexerit imprudens, factum valet; ſin data opera, nil quicquam egit. R. Juda aſſerit, ſi ab initio rem notam habuerit, quantumvis poſtea non advertat, nil quicquam egiſſe.

3. Qui vaſa ſabbato aquis immerſerit, ſi imprudens, ea ad opus uſurpato; ſin data opera, ne uſurpato. Qui decimas ſabbato deſumſerit, vel jus coxerit, ſi imprudens, comedito; ſin data opera, ne comedito. Qui plantam ſabbato panxerit, ſi imprudens, adoleſcere ſinito; ſin data opera, revellito. Veruntamen anno ſeptimo, ſive imprudens ſive de induſtria, revellito.

4. Non delibandæ ſunt primitiæ cujuſvis generis de re alius generis: & ſi delibentur non ſunt primitiæ. Univerſa tritici genera pro uno reputantur; & univerſa genera ficuum, caricarum & palathæ pro uno reputantur, ut delibari poſſint primitiæ de uno pro altero. Ubi præſto eſt Sacerdos primitiæ delibandæ ſunt de meliore; ubi abeſt Sacerdos, de eo quod magis durat. R. Juda primitias de meliore ſemper decerpi jubet.

5. Pro primitiis ſeparatur cæpa parva integra potius quam dimidium cæpæ majoris. R. Juda id negat, dimidium cæpæ majoris potius ſeparari jubens. Eodem modo idem R. Juda primitias delibari aſſerit de cæpis à ruſticis acceptis pro paganis, non autem de paganis pro ruſticis, quia illæ Politicorum eſca ſunt.

6. Primitiæ etiam deſumuntur de oleis ad effuſionem pro oleis conditivis, non autem de oleis conditivis pro oleis ad effuſionem: & de vino non decocto pro decocto, non autem de decocto pro non decocto. Hæc eſt regula generalis: Quicquid cum altero miſcellum reputatur, de hoc pro illo non deſumentur primitiæ, ne quidem de meliore pro deteriore. Si quid autem non ſit miſcellum cum altero, deſumere licet primitias deterioris de meliore, non autem melioris de deteriore: ſi vero deſumantur primitiæ de deteriore pro meliore, pro primitiis habentur: excepto tamen ſi de lolio pro tritico, quia id non eſt edule. Cucumis & melopepo ejuſdem generis habentur. R. Juda cenſet, duum.

CAP.

4 *Separare.*] Aliunde, & ex immundo. Ita locum intelligo. Rem perpende, videbis me leviſſimo & minime coacto ſupplemento locum luculenter interpretatum, in quo Judæorum interpretibus calculus plane hæret.

CAP. III.

1. SI quis cucumerem in primitias ſeparaverit, ille vero amarus repertus ſit; vel melonem, & ille putridus repertus ſit; primitiæ ſunt, ſed alias denuo delibabit. Si quis in primitias ſeparaverit vini dolium, atque illud aceti reperiatur, ſi conſtare poteſt acetum factum fuiſſe ante delibationem, pro primitiis non habetur; ſi poſt delibationem acetum factum ſit, pro primitiis habetur; ſi ambiguum ſit, primitiæ ſunt, ſed alias denuo delibabit. Harum priores non inficiunt ſeorſim, nec ad quintam obligant. Ita nec ſecundæ.

2. Si earum unæ inciderint in rem communem, eam non inficiunt; & ſi ſecundæ in aliam alibi inciderint, nec illæ eam inficiunt. Si utræque in eandem inciderint, inficiunt [5] pro modo illarum quæ ex utriſque minores ſunt.

3. Si ſocii primitias delibaverint alter poſt alterum, R. Akiba quod ab utriſque delibatum eſt pro primitiis haberi cenſet. At Sapientes quod à priore duntaxat delibatum eſt pro primitiis agnoſcunt. R. Joſes, ſi eorum prior quantum determinatur decerpſerit, quod à ſecundo delibatum eſt pro primitiis haberi negat: ſin prior non decerpſerit quantum determinatur, quod ab altero delibatum eſt pro primitiis haberi vult.

4. Quomodo intelligenda ſunt iſta? Ni contra juſſum ſit. Verum ſi quis villico, ſervo, ancillæ mandaverit primitias delibare, quod delibatum eſt pro primitiis habetur. Reſciſſo mandato, ſi ante delibationem reſciſſum fuerit, quod delibatum eſt non habetur pro primitiis; ſi poſt delibationem reſciderit, pro primitiis habetur. Operarii non habent poteſtatem primitias delibare, exceptis torcularibus, quippe qui confeſtim [6] polluant torcular.

5. Si quis ſic dixerit, *Primitiæ hujus acervi in illo ſunto, decimæ etiam ejuſdem in illo ſunto, & primitiæ illarum decimarum in illo ſunto*: R. Simeon eum nomine indigitaſſe aſſerit. Sapientes negant, niſi expreſſerit *à ſeptentrione*, vel *ab auſtro*. R. Eleazar Haſma dicit, ſi quis ſic dixerit, *Primitiæ hujus acervi ex ipſo pro eo ſunto*: jam nomine indigitavit.

5 *Pro modo illarum &c.*] Primitiæ in rem communem quæ eas non centies ſuperat incidentes totam maſſam inficiunt, ut diximus. Jam ſi ambiguum ſit utræ harum primitiæ revera ſint, & ambæ in eandem rem communem inciderint, inficiunt quidem, ſed hac duntaxat lege, ſi res communis minorum quantitatem centies non vincat.

6 *Polluant.*] Simulac fluat muſtum, torcular humore madidum diſponitur ad pollutionem. Propterea torcularibus facultas datur primitias quanto ocyus deſumendi, ne quid immundi procedente opere multum polluat.

7 *Maturæ*

tavit. R. Eliezer Jacobi filius dicit, ſi quis ſic dixerit, *Decima harum decimarum pro illis ſiat decimarum primitiæ*: jam nomine indigitavit.

6. Si quis præmiſerit primitivis primitias, primitiis decimas primas, decimis primis ſecundas, factum valet, quanquam interdictum violavit. Quippe dicitur, (Exod. XXII. 29.) [7] *Maturas & opimas fruges tuas non dabis præpoſtere.*

7. Undenam conſtat præmittenda eſſe primitiva primitiis, cum & illa dicantur [8] delibatio & [9] principium, & iſtæ etiam dicantur [10] delibatio & [11] principium? Nimirum præmittenda ſunt primitiva, quia omnium primitiva: primitiæ decimis primis, quia illæ principium audiunt: decimæ primæ ſecundis, quia illis [12] principium ineſt.

8. Si quis voluit dicere *Primitias*, dixit autem *Decimas*; vel *Decimas*, & dixit *Primitias*: *Holocauſtum*, & dixit *Salutaris hoſtia*; vel *Salutaris hoſtia*, & dixit *Holocauſtum*: *Me in ades iſtas non ingreſſurum*, & dixit *in illas*: *Me ex iſto nullam utilitatem percepturum*, & dixit *ex illo*: non reputatur quicquam dixiſſe, niſi cum ore animus conſenſerit.

9. Alienigenæ vel Cuthæi primitiæ pro primitiis habentur, decimæ pro decimis, & conſecratum pro conſecrato. R. Juda [13] vineam quadrimam

7 *Maturas &c.*] Id eſt, primitiva quæ de maturis frugibus, & primitias quæ de opimis. Ita hic verti debent verba iſta, ut Miſnæ ſenſui ſatisfiat. Hebræa ſic ſunt: מלאתך ודמעך לא תאחר: ad quæ verba ſic lego in Mechilta, מלאתך אילו הביכורים הניטלים מן המלא ודמעך זו תרומה. לא תאחר שלא תקדים שיני לראשון ולא ראשון לתרומה ולא תרומה לביכורים: i. e. *per* מלאתך *intelliguntur primitiva, qua deſumuntur de frugibus plene maturis, per* דמעך *primitiæ.* לא תאחר i. e. *non præmittes decimas ſecundis primis, nec primis primitiis, nec primitias primitivis.* Ita legitur in membranis, ſed in editione Veneta deſunt illa ודמעך זו תרומה: perperam, nam & ea ex Mechilta afferunt Author libri Yalcut & Moſes Gerundenſis. מלאה adeo denotat fruges maturas, & hic poni volunt pro primitivis exinde deſumendis. R. Salomo exponit מלאתך הובה המוטלת עליך כשתתמלא תבואתך להתחשל והם ביכורים, *debitum quod tibi incumbit cum plene maturuerint fruges, id eſt, primitiva.* De דמעך ſupra dixi ad Dem. I. 3. Idem R. Salomo exponit in hæc verba לא תשנה סדר חפרשתן לאחר את המוקדם ולהקדים את המאוחר שלא יקדים תרומה לבכורים ומעשר לתרומה *Non invertes ordinem ſeparationis, poſtponendo id quod prius eſſe debet, & præmittendo poſterius: nempe ne præmittantur primitiis primitivis, & decimæ primitiis.*

8 *Delibatio.*] Deut. XII. 17.
9 *Principium.*] Deut. XXVI. 2.
10 *Delibatio.*] Num. XVIII. 8.
11 *Principium.*] Deut. XVIII. 4.
12 *Principium.*] Decimarum utique primitiæ. Aliter Mechilta rationem ponit, cujus verba, mendoſa admodum in editione Veneta pariter & in membranis, ſic emendata habe ex libro Yalcut: אבל איני יודע איזה מהם קודם אם תרומה לבכורים אם בכורים לתרומה אמרת יקדמו הבכורים שהם קרויים ארבעה שמות ראשית ביכורים תרומה ומלאה לתרומה שאינה קרוייה אלא שלש שמות תקדים תרומה שהיא קרוייה שלש שמות ראשית תרומה ודמע למעשר ראשון שאין קרוי אלא שני שמות יקדים מעשר ראשון שהוא קרוי שני שמות תרומה ומעשר למעשר שני שאינו קרוי אלא שם אחד בלבד. *Verum non mihi conſtat utra præmittenda ſint, an primitiæ primitivis, an primitiva primitiis. Dicas ergo præmittenda primitivis, quæ quatuor vocabulis appellantur,* principium, primitiva, deliſbatio, fruges maturæ, *primitiis quæ tribus duntaxat cenſentur. Præmittendæ primitiis, quæ tribus nominibus gaudent,* principium, delibatio, & fruges opimæ *dictæ, decimis primis quæ duobus tantum. Præmittendæ decimis primis, quæ duplici gaudent nomine,* delibatio & decimæ *dictæ, decimis ſecundis quæ unico duntaxat nomine veniunt.*

13 *Vineam quadrimam &c.*] Ut ſi vineam quadrimam habeat, Iſraelita exinde fructus

quadrimam ad alienigenam nil attinere exiſtimat. Sapientes attinere volunt. Primitiæ alienigenæ inficiunt, & ad quintam obligant. R. Simeon [14] liberat.

CAP. IV.

1. QUi ſeparaverit partem primitiarum vel decimarum, primitias [15] pro ea indidem deſumito, non pro re alia alibi. R. Meir etiam pro re alia alibi primitias vel decimas deſumi permittit.

2. Is qui fruges habet in apotheca, ſi ſatum dederit [16] Levitæ, & aliud ſatum pauperi, ſeparato deinceps octo alia ſata, iiſque veſcitor. Ita R. Meir. Sapientes autem ſeparare vetant niſi [17] juxta proportionem.

3. Primitiarum iſta eſt proportio. Qui [18] largiſſime, dat partem quadrageſimam, ſed juxta Sammæanos triceſimam; qui mediocriter, quinquageſimam; qui parciſſime, ſexageſimam. Si quis delibando eduxerit partem ſexageſimam, pro primitiis habetur, nec opus eſt denuo delibare: & ſi quid deinceps addiderit, id decimari debet. Si eduxerit

percipiat, nulla habita ratione legis de vinea quadrima.

14 *Liberat.*] Eum qui veſcitur primitiis alienigenæ per incogitantiam à ſolutione quintæ ultra ſortem.

15 *Pro ea.*] Pro parte ita ſeparata, quæ minor eſt quam ut pro primitiis vel decimis habeatur, adeoque & ipſa primitias decimaſve ſolvere debet. Lego autem hic bis מקום, ut in Talmude Hieroſolymitano, & ut olim lectum fuiſſe aperte conſtat ex ejuſdem Talmudis Gemara. Maimonides contra mentem reliquorum interpretum & ipſius Talmudis, bis legit מקרם, unde & juxta illum totus locus alio plane ſenſu accipiendus eſt. *Qui ſeparaverit partem primitiarum vel decimarum, primitias ejuſdem ex ipſa deſumito, non alunde. R. Meir etiam aliunde, &c.*

16 *Levitæ.*] Levitæ pro Levitarum decimis, & pauperi pro decimis pauperum, nempe tertio vel ſexto anno ſeptennii. Habes adeo decimas primas & decimas ſecundas eodem tempore deſumtas contra ſententiam Scaligeri, quam ſupra ad Pea VIII. 2, refutavimus.

17 *Juxta proportionem.*] Nempe pro quantitate partis hactenus nondum abſumtæ ſatorum quæ Levitæ & pauperi dederit; ut ſi eorum reſtat dimidium, ipſi ſeparare licet quatuor duntaxat ſata; ſi quarta pars, duo. Ita Maimonides. Alii aliter.

18 *Largiſſime.*] Ad verbum, *oculo pulchro, mediocri, & malo.* Ita Prov. XXII. 9, טוב עין ponitur pro liberali & munifico; & XXIII. 6, רע עין pro illiberali & ſordido: & in Evangeliis ὀφθαλμὸς πονηρὸς aliquoties pro avaritia & ſordibus, cui etiam Matt. VI. 22, opponitur ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς. Hoc animadverſo, perſpicuus erit ſenſus & cohærentia iſtius loci, qui aliter non ſatis planus. Verſibus 19, 20, 21, vetat Chriſtus opum terreſtrium curam, & ad cœleſtes divitias recondendas hominum animos accendit. Deinde hinc ſumta occaſione, quod liberalitas popularium ſuorum dialecto עין יפה ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς vocetur, avaritia autem עין רעה ὀφθαλμὸς πονηρὸς, ſic diſſerit; *Lucerna corporis eſt oculus: ſi igitur oculus tuus ſimplex fuerit, i. e.* ſi non fueris avarus, *totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit malus, i. e.* ſi avarus & ſordibus fueris, *totum corpus tuum tenebroſum erit, &c.* Deinceps ad finem uſque capitis contra avaritiam & ſupervacuam de rebus mundanis ſollicitudinem diſputationem perſequitur. Miſnæ noſtræ gemina plane ſunt, quæ ex Hebræorum traditione de *primitivis* Hieronymus ad Ezechielis XLV. *Primitiva* illi ſunt quæ nobis *primitia*; ſic autem loquitur. *At vero primitiva quæ de frugibus offerebant, non erant ſpeciali numero definita, ſed offerentium arbitrio derelicta. Traditionemque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, ſed magiſtrorum arbitrio inolitam: qui plurimum, quadrageſimam partem dabat ſacerdotibus: qui minimum, ſexageſimam: inter quadrageſimam & ſexageſimam licebat offerri quodcumque voluiſſent.*

19 *Me-*

eduxerit partem ſexageſimam primam, ea pro primitiis habetur, ſed denuo delibabit ut melius norit, [19] menſura, pondere vel numero. R. Juda addit, Etiam ex [20] non continenti.

4. Si quis mandatario dixerit, *Age, delibato*; delibare debet ad mentem patrisfamilias; & ſi mentem patrisfamilias non novit, media proportione delibato, quinquageſimam utique. Si [21] denario aberraverit in defectu vel in exceſſu, quod delibavit pro primitiis habetur. Si vel [22] unica parte auctiores facere operam dedit, delibatio non valet.

5. Si quis primitias auctiores delibare velit, R. Eliezer permittit dum partem decimam exæquent, ut decimarum primitiæ. Ultra hanc menſuram, primitias decimarum fieri jubet [23] pro re alia alibi. R. Iſmael permittit media ex parte rem profanam, media primitias. RR. Tarphon & Akiba permittunt, dummodo quicquam rei profanæ reſiduum fiat.

6. Tribus temporis intervallis caniſtrum menſorium æſtimant, [24] in primulis, extremis, & media æſtate. [25] Qui fructus dinumerat laudem meretur, qui menſurat illo laudatior eſt, qui ponderat trium laudatiſſimus.

7. R. Eliezer aſſerit primitias [26] emergere de centenis & altera: R. Joſua de centum & amplius. Hoc *& amplius* nullam habet certam menſuram. Secundum R. Joſen Moſollami filium, illud *& amplius* cabum æquare debet ſupra ſata centena, ſextantem utique particulæ inficientis.

8. R. Joſua exiſtimat ficus atras albas [27] elicere, & albas atras; orbiculos palathæ majores elicere minores, & minores etiam majores; orbiculos

19 *Menſura, pondere.*] Illicitum eſt primitias delibare menſura, pondere vel numero: ſupra I. 7. Poſt vero æſtimant quotam partem totius efficiant primitiæ delibatæ, & ſi non ſexageſimam efficiant, auctarium poſtea adjicitur, idque menſura, pondere vel numero decerptum. Acuti homines!

20 *Non continenti.*] Sed primitiæ ipſæ delibandæ מן המוקף i. e. inquit Maimonides, ממא הצל תחת אחאטרו מוצע ואחר *ex eo quod eodem loco circumſcribitur.*

21 *Denario.*] Denario in defectu ſi ſexageſimam, in exceſſu ſi quadrageſimam pro quinquageſima deſumſerit.

22 *Unica parte auctiorem.*] Ut ſi quadrageſimam nonam pro quinquageſima deſumere velit.

23 *Pro re alia.*] Utrumque Talmud, *non autem pro re alia.* Aliter MS, & interpretes.

24 *In primulis.*] Quo tempore primæ maturantur fruges. Extremis, quo tempore noviſſimæ.

25 *Qui fructus dinumerat.*] In decimarum primitiis delibandis.

26 *Emergere de centenis & altera.*] Id eſt, ſi pars primitiarum incidat in centenas partes rei profanæ, ſufficere ut emergat, vel educatur pars centeſima prima totius maſſæ, tanta nimirum, quanta inciderit, nec adeo infici totam maſſam, ut primitiarum legibus obſtringatur. R. Joſua emergere cenſet, ſi non inciderit in centenas, ſed duntaxat in nonagenas novenas & aliquantulum amplius. Si in nonagenas novenas tantum, vel pauciores, inter omnes convenit totam maſſam infici, adeoque alios quam Sacerdotes ea non licite veſci. Moſollami filius illud aliquantulum amplius, quo res profana primitiarum particulam pluſquam nonagies novies ſuperare debet, neceſſario æquare contendit ſextam partem particulæ illius, qualis eſt cabus reſpectu ſati; alias totam maſſam infici.

27 *Elicere.*] Facere emergere ſenſu quem diximus.

orbiculos elicere laterculos, & laterculos orbiculos. R. Eliezer illicitum ducit. Ubi constat qualenam inciderit, R. Akiba existimat non elicere se mutuo, ubi non constat qualenam inciderit, se mutuo elicere.

9. Quomodo vero? Veluti si ficus atra inciderit in quinquagenas atras & quinquagenas albas, atræ illicitæ fiunt, albæ autem licitæ sunt: si alba inciderit, albæ illicitæ, atræ vero licitæ. Ubi non constat qualis inciderit, se mutuo eliciunt. Atque in hac re R. Eliezer graviorem, R. Josua leviorem tuetur partem.

10. In ista autem re R. Eliezer leviorem, R. Josua graviorem tuetur partem: nempe de eo qui libram [28] aridarum ficuum in supremum cadum aliquem inculcaverit, nec constet in quemnam. R. Eliezer eas æstimari vult [29] ac si discretæ fuerint, adeoque inferiores superiores elicere. R. Josua emergere negat, nisi centeni extiterint cadi.

11. Si satum primitiarum incidens in supremam apothecæ partem superne diffusum sit, R. Eliezer, dummodo in diffuso centena infint sata, emergere existimat de centenis & altero. R. Josua emersurum negat. Satum primitiarum in supremam partem apothecæ incidens desuper deraditor. Si ita, quamobrem dicitur, primitias emergere de centenis & altera? Nempe si non constat confusæ sint necne, vel qua parte inciderint.

12. Si binæ corbes sint, vel binæ apothecæ, in quarum alteram inciderit satum primitiarum, nec constet in utram inciderit, eliciunt se mutuo. R. Simeon addit, si vel in binis fuerint oppidis, se mutuo elicere.

13. Inquit R. Joses; Casus allatus est coram R. Akiba de quinquagenis olerum fasciculis inter quos incidit unus ejusmodi, qui media ex parte è primitiis constabat: dixique coram eo, emergere debere; non quasi primitiæ emergant de quinquagenis & altera, sed quia semisses erant centeni & bini.

CAP.

28 *Aridarum ficuum.*] In primitias separatarum.

29 *Ac si discretæ.*] Quantumvis notum sit eas in summam partem inculcari, adeoque non admisceri inferioribus, nec inferiores ad eas eliciendas quicquam proficere, si certo constaret de cado.

30 *Venun-*

CAP. V.

1. SI ſatum primitiarum immundarum inciderit in minus quam centena rei profanæ, vel decimarum primarum, vel decimarum ſecundarum, vel rei conſecratæ, ſive immundarum ſive mundarum, computreſcere ſinuntor. Si ſatum illud mundum fuerit, Sacerdotibus [30] venundantor juxta valorem primitiarum, detracto pretio illius ſati. Et ſi in decimas primas inciderit, [31] nomine deſignantor decimarum primitiæ. Si in decimas ſecundas vel rem conſecratam, illæ utique [32] redimuntor. Si autem immundæ fuerint ipſæ fruges profanæ, [33] ſiccæ comeduntor, vel torrefactæ, vel depſuntor fructuum ſucco, vel diſtribuuntor in paſtillos minores quam ut unus aliquis ovum exæquet.

2. Si ſatum primitiarum immundarum inciderit in centena frugum profanarum mundarum, R. Eliezer eximi & cremari jubet; quippe dixerim, inquit, ſatum quod incidit, idem emerſiſſe. At Sapientes extractis veſci permittunt, ſiccis vel torrefactis, vel fructuum ſucco ſubactis, vel in ejuſmodi paſtillos diſtributis, ut ne quis eorum ovum exæquet.

3. Si ſatum primitiarum mundarum inciderit in centena frugum profanarum immundarum, extractis veſci licet ſiccis vel torrefactis, vel fructuum ſucco ſubactis, vel in ejuſmodi paſtillos diſtributis, ut ne quis eorum ovum exæquet.

4. Si ſatum primitiarum immundarum Inciderit in centena ſata primitiarum mundarum, Sammæani educi vetant, Hillelæi permittunt. Sammæanis autem ita Hillelæi; Quandoquidem mundæ illicitæ habeantur Laicis, immundæ autem & ipſis Sacerdotibus illicitæ, ut mundæ emergunt, ita etiam emergunt immundæ. Quibus Sammæani; Nequaquam. Nunquid enim, ſi fruges profanæ, quæ levioris conditionis ſunt, & Laicis licitæ, mundas remittant; primitiæ, quæ gravioris conditionis ſunt, & Laicis illicitæ, ideo remittere debent immundas? Poſtquam id conceſſerunt, R. Eliezer eductum cremari juſſit.

30 *Venundantor.*] Fruges in quas inciderit. Additur *juxta valorem primitiarum*, nam primitiæ quibus ſoli Sacerdotes licite veſcuntur, minoris væniunt, quam res profana quæ omnibus licita facilius emtorem reperiet.

31 *Nomine deſignantor &c.*] Subintellige, *atque ita venundantor Sacerdoti detracto pretio ſati inficientis, & primitiarum de decimis.* Ita Maimonides. Aliter Obadias Bertinorius, qui totas fruges ſic infectas in decimarum primitias pro aliis frugibus Levitæ ſtatui vult.

32 *Redimuntor.*] Subintellige & hic, *& redemta* Sacerdoti venundantor.

33 *Siccæ &c.*] Ut immiſtæ primitiæ pollutionem non recipiant. Non aliter autem fruges ad pollutionem diſponuntur, quam ſeptem liquorum alicujus affuſione, aquæ, roris, olei, vini, mellis, lactis, vel ſanguinis: nec à minore particula polluuntur diſpoſitæ, quam quæ ovum exæquet.

juſſit. At Sapientes exiſtimant id ſua parvitate perimi.

5. Si ſatum primitiarum, quod inciderit in centena, eductum denuo alibi inciderit, R. Eliezer inficere exiſtimat pariter ac primitias indubias. Sapientes non aliter inficere, quam [1] juxta calculi rationem.

6. Si ſatum primitiarum inciderit in minus quam centena, ut ita inficiantur, & infecti aliquid alibi incidat, R. Eliezer inficere arbitratur pariter ac primitias indubias. Sapientes autem negant [2] infectum inficere aliter quam juxta calculi rationem; vel [3] fermentatum fermentare aliter quam juxta calculi rationem; vel [4] aquam hauſtam lavacrum corrumpere aliter quam juxta calculi rationem.

7. Si ſatum primitiarum in centena inciderit, atque illo educto aliud inciderit, & illo etiam educto aliud, id quidem licite fit, quamdiu primitiæ fruges profanas vincant.

8. Si ſatum primitiarum in centena inciderit, nec educi potuit priuſquam aliud incideret, illud quidem illicitæ educitur. R. Simeon licitum ducit.

9. Si ſatum primitiarum inciderit in centena, atque illa commolita decreverint, quemadmodum imminutæ ſunt fruges profanæ, ita etiam primitiæ imminutæ eſſe videntur, & licite extrahuntur. Si ſatum primitiarum inciderit in minus quam centena, atque illa commolita adaucta fuerint, quemadmodum adauctæ ſunt fruges profanæ, ita etiam adauctæ cenſentur primitiæ, & extrahere non licet. Sin conſtet triticum profanum præſtantius fuiſſe primitio, hoc licite eximitur. Si ſatum primitiarum inciderit in minus quam centena, & deinceps aliæ fruges profanæ illis admiſceantur, ſi id ex improviſo acciderit, educere licet; ſin data opera, non licet.

CAP.

1 *Juxta calculi rationem.*] Id eſt pro ratione partis ſui centeſimæ, vel centeſima minoris.

2 *Infectum inficere aliter &c.*] Ut ſi pars primitiarum inciderit in vicenas rei profanæ, eaſque ita infecerit; deinde rei illius infectæ aliquid in alias fruges incidat; id non inficit iſtas fruges, ſi centies vicerint, non rem infectam quæ inciderit, ſed partem duntaxat viceſimam primam iſtius rei; id eſt juxta rationem particulæ inficientis ad rem profanam, quam primo infecerat.

3 *Fermentatum fermentare &c.*] Si fermento ex primitiis parato, intumuerit maſſa rei profanæ, tota illa maſſa uſui communi interdicitur, & Sacerdotibus primitiarum ritu cedit. Si illius denique admiſtura alia maſſa fermentetur, illa non cedit Sacerdotibus ut prima, niſi ratione inita conſtet tantam ei infuiſſe partem fermenti ex primitiis parati, quanta ad ſecundam illam maſſam fermentandam ſuffecerit.

4 *Aquam hauſtam.*] Vide Micva. IV. 4.

CAP. VI.

1. IS qui primitias imprudens comederit, præſtare tenetur ſortem & quintam: atque idem eſt, ſive comederit, ſive potaverit, ſive illeverit. Idem etiam eſt, ſive primitiæ mundæ fuerint, ſive immundæ, præſtare tenetur quintam, & [1] quintæ quintam. Non autem præſtare debet de primitiis, ſed de frugibus profanis rite perfectis, atque illæ in primitias mutantur, uti & [2] earundem compenſatio. Sacerdos autem, quantumvis libuerit, condonare non poteſt.

2. Si Iſraelitæ filia primitias comederit, & poſtea Sacerdoti nupſerit, primitiæ autem illæ quas comedit, nulli adhuc Sacerdotum in ditionem pervenerint, ſortem & quintam ſibi præſtare poteſt. Sin primitiæ illæ quas comedit, cuiquam Sacerdotum in ditionem ceſſerint, ſortem domino præſtato, quintam ſibi. Quippe ſic dictum fertur, Siquis primitias imprudens comederit, ſortem domino præſtato, quintam cuicunque volet.

3. Si quis operariis vel hoſpitibus primitias comedendas appoſuerit, ipſe ſortem præſtare tenetur, illi autem quintam. Ita R. Meir. At Sapientes cenſent, illos ſortem & quintam præſtare teneri, ipſum autem illis refectus pretium renumerare.

4. Qui primitias furatus necdum comedit, duplionem præſtato juxta primitiarum valorem. Si comedit, ſortem duplam præſtato & quintam, ſortem & quintam è frugibus profanis, ſortem alteram juxta primitiarum valorem. Si primitias conſecratas furatus comedit, præſtato duas quintas cum ſorte, quippe ad conſecratum non pertinet duplionis multa.

5. Præſtare non licet de ſpicilegio, prætermiſſo, angulo, vel re communi; neque de decimis primis quarum primitiæ deſumtæ, vel decimis ſecundis & re conſecrata quæ redemtæ ſint, quia res ſacra rem ſacram non redimit. Ita R. Meir. At Sapientes de [3] his præſtari permittunt.

6. R.

1 *Quintæ quintam.*] Si quintam repenſam comederit.

2 *Earundem compenſatio.*] Si ſuges pro primitiis repenſas comederit, & illas compenſare tenetur pariter ac ipſas primitias, & illa quidem compenſatio primitiarum conditionem ſequitur. Ita hunc locum vulgo. Ego autem præcedentia verba, והם נעשין תרומה *atque illæ in primitias mutantur*, atque hæc והתשלומין תרומה *& compenſatio earum primitiæ fiunt*, eandem planè rem denotare arbitror; alterutra autem alterorum eſſe exegetica, & ex gloſſemate male in textum irrepſiſſe. Vide capitis ſequentis 1, 3, 4.

3 *His.*] Ultimis; decimis primis, ſecundis, & re conſecrata. Ita commentatores. Sed in Siphra ſectione אמור, VI. 5, expreſſe legitur חכמים אומרין משלמים מכולם *At Sapientes aſſerunt ex univerſis iſtis præſtari.*

1 *Petit.*]

6. R. Eliezer permittit præſtare de una ſpecie pro alia, dummodo de præſtantiori pro deteriori. R. Akiba præſtare aliunde vetat, quam de eadem ſpecie: adeo ut ſi quis comederit cucumeres anni ante ſeptimum, expectare debeat cucumeres anni poſt ſeptimum, & inde ſolvere. Ex eo autem loco, unde R. Eliezer leviorem ſententiam adſtruit, ex eodemmet R. Akiba graviorem tuetur: nempe ex eo quod dicitur (Lev. XXII. 14.) *& ſacrum Sacerdoti reddet*: id eſt, quicquid ſacrum fieri aptum eſt, ad mentem R. Eliezeris. At vero R. Akiba; *& ſacrum Sacerdoti reddet*; id eſt, ſacrum ejuſdem generis cum eo quod comedit.

CAP. VII.

1. IS qui primitias data opera comederit, ſortem præſtare tenetur, non autem quintam; compenſatio autem illa profana eſt: & ſi velit Sacerdos, condonare poteſt.

2. Sacerdotis filia Iſraelitæ nupta, quæ poſtea primitias comederit, ſortem præſtare tenetur, non autem quintam; & mortis rea vivicomburio plectitur. Si nupſerit cuiquam eorum omnium, quibuſcum connubium non recte contrahit, præſtare tenetur ſortem & quintam, & mortis rea laqueo plectitur. Ita R. Meir. Sapientes exiſtimant utraſque ſortem præſtare, non vero quintam, & mortis reas vivicomburio plecti.

3. Si quis liberos minores primitiis aluerit, vel ſervos ſive adultos ſive minores; vel ſi ipſe comederit frugum extranearum primitias, vel primitiarum minus quam olivæ quantitatem, ſortem præſtare tenetur, non autem quintam; compenſatio autem illa profana eſt; & ſi velit Sacerdos, condonare poteſt.

4. Hæc eſt regula generalis: Ubicunque præſtari debet ſors & quinta, compenſatio pro primitiis habetur, & Sacerdos, ſi vel maxime velit, condonare nequit. Ubicunque autem præſtari debet ſors, non etiam quinta, compenſatio profana reputatur, & ſi velit Sacerdos, condonare poteſt.

5. Ubi duæ extiterint ſportæ, altera primitiarum plena, altera frugum profanarum; ſi inciderit ſatum primitiarum in earum alterutram, nec in utram vero conſtet, ego utique dixerim in primitias incidiſſe. Si etiam ignoretur quænam earum primitiarum ſit, quænam autem frugum profanarum, qui earum unam comederit, immunis eſt; altera autem ſic uſurpanda, ac ſi primitiarum foret, & ad ſecium tenetur. Ita R. Meir. R. Joſes ſecio liberat. Si alius

quiſpiam

quiſpiam alteram comederit, & is immunis eſt. Si idem utramque comederit, præſtare tenetur pro ratione minoris.

6. Si earum alterutra inciderit in fruges profanas, eas non inficit; altera autem ſic uſurpanda, ac ſi primitiarum foret, & ad ſecium tenetur. Ita R. Meir. R. Joſes ſecio liberat. Si ſecunda in alias alibi inciderit, nec illa eas inficit. Si utræque in eaſdem inciderint, inficiunt pro ratione minoris.

7. Qui earum alterutram ſeverit, immunis eſt; altera autem ſic uſurpanda ac ſi primitiarum foret, & ad ſecium tenetur. Ita R. Meir. R. Joſes liberat. Si alius quiſpiam ſecundam ſeverit, & is immunis eſt. Ut idem utraſque ſerat, ſi res ſit cujus ſemen ſatum [1] perit, licet; ſi res ſit cujus ſemen non perit, non licet.

CAP. VIII.

1. SI fœminæ dum primitiis veſcitur allato nuncio ſic dictum ſit; *Obiit*, vel *Te expulit maritus*: Atque ita ſi ſervo dum primitiis veſcitur allato nuncio ſic dictum ſit; *Obiit dominus tuus*, vel *Iſraelita te vendidit*, vel *Dono dedit*, vel *Liberum te fecit*: Atque ita ſi Sacerdoti dum primitiis veſcitur innoteſcat, ſe matre natum, quæ repudiata fuerat, vel quæ leviro calceum ſolverat; R. Eliezer ſortis & quintæ condemnat: R. Joſua abſolvit. Si eidem, dum adſtat altari ſacra reddens, innoteſcat ſe matre natum, quæ repudiata fuerat, vel quæ leviro calceum ſolverat, R. Eliezer exiſtimat oblationes omnes quas altari reddidit inutiles fieri: R. Joſua utiles arbitratur. Si conſtet ſe vitio affectum, cultus ejus inutiliter cedit.

2. Atque eos omnes, ſi primitias in ore habuerint, R. Eliezer deglutire jubet, R. Joſua excreare. Si cui dictum ſit, *Polluere*, vel *Polluuntur primitiæ*, R. Eliezer deglutire jubet, R. Joſua excreare. *Dudum pollutus es*, vel *pollutæ ſunt primitiæ*; vel ſi conſtat rem *quam mandit* illibatam eſſe, vel de decimis primis quarum primitiæ nondum ablatæ, vel de decimis ſecundis réve conſecrata nondum redemtis, vel ſi guſtum cimicis in ore perceperit, hic vero excreabit.

3. Si quis dum uvam comedit, ex [2] horto in atrium ingreſſus ſit, R. Eliezer reliquam peredere permittit, R. Joſua vetat. Si obortis tenebris ingruat nox Sabbati, [3] R. Eliezer reliquam peredere permittit, R. Joſua vetat.

4. Vinum

1 *Perit.*] Vide infra IX. 6.

2 *Horto.*] Fructus ex horto decerpros illibatos comedere licet. Sed ſi domum delati ſint, vel Sabbatum ſuperveniat, amplius comedere non licet citra decimationem.

3 *R. Eliezer.*] Alii codices hic habent *R. Joſua*, & mox *R. Eliezer*: ſed contra fidem MS, & Talmudis Hieroſolymitani, & Gemaræ Babylonicæ, Betza 35. a.

4. Vinum primitium quod apertum manſerit, effunditor. Idem de profano dicere non opus eſt. Tres liquores illiciti fiunt propter retectionem, aqua, vinum, lac: reliqui omnes liciti. Quamdiu manere debent, ut fiant illiciti? Eatenus dum reptile ex vicino latibulo prorepens bibere poterit.

5. Aquæ apertæ [1] ea eſſe debet menſura, ut in ea virus dilutum pereat. Quantacunque in vaſis exiſtat, R. Joſes illicitam ducit: in fundis ad quadragena ſata.

6. Ficus, uvæ, cucumeres, cucurbitæ, melones, melopepones roſione cavati, ſi vel [2] pulvillum magnitudine exæquent, imo ſive grandes ſive parvi, ſive avulſi ſive fundo hærentes, quicunque humorem intus habent, eſu illiciti ſunt. Atque ita etiam [3] quod à ſerpente morſum, illicitum propter vitæ periculum.

7. Colum vinarium illicitum fit, ſi apertum relinquatur. R. Nehemias licitum ducit.

8. Dolium primitiarum cui recens oborta ſit dubia immundities, R. Eliezer, ſi repoſitum fuerat loco impuro, caſto loco reponendum cenſet; & ſi apertum fuerat, tegendum. R. Joſua, ſi repoſitum fuerat loco caſto, impuro reponendum vult; & ſi opertum fuerat, retegendum. Rabban Gamaliel quidquam omnino innovari vetat.

9. Effracto dolio in ſuperiore torcularis parte cum pars inferior polluitur, R. Eliezeri & R. Joſuæ convenit, quod ii quartarius inde eripi poteſt ſalva munditie, eripi debet. Sin vero, R. Eliezer ait, diffluere ſinitor & pollui; [4] ne autem manibus polluitor.

10. Atque ita effuſo olei dolio, convenit R. Eliezeri cum R. Joſua, quod ſi quartarius inde eripi poteſt ſalva munditie, eripi debet. Sin vero, R. Eliezer ait, diffluere ſinitor & exorberi; ne autem manibus id agatur, ut exorberi poſſit.

11. De horum utroque R. Joſua ſic dicit; Hæ non ſunt primitiæ illæ, de quibus ego præmonitus ſum ne polluam, ſed ne iis veſcar. Interdictum autem de non polluendo [5] ſic eſt. Si quem de loco in locum profectum, qui panes primitios ſecum portat, ſic juſſerit alienigena, *Unum ex illis mihi dede, ut polluam, ſin vero, equidem omnes polluam*: R. Eliezer omnes pollui mavult, quam ut unum dedat polluendum. R. Joſua jubet unum aliquem coram eo ſupra petram exponere.

12. Si-

1 *Ea eſſe debet menſura.*] Ut non habeatur illicita.

2 *Pulvillum.*] Vel cadum; nam MS, כדך.

3 *Quod à ſerpente morſum.*] Caro animalis ἐφοδίαστα.

4 *Ne autem manibus polluitor.*] Id eſt, ne quis, dum minimam quamvis portiunculam eripere conatur, id agat, ut citius diffluat, adeoque manu pollutionem promoveat.

5 *Sic eſt.*] MS omittit כ״צ, atque ita Talmud Hieroſolymitanum. Si id retinere velis, ſic verte; *quomodo ſe habet?*

12. Similiter fœminæ, ſi illis ſic dixerint gentiles, *Deditote nobis unam aliquam veſtrum polluendam, ſin vero, nos utique vos omnes polluemus*: polluuntor omnes potius quam ut dedant illis animam unam ex Iſraele.

CAP. IX.

1. QUi primitias imprudens ſeverit, vertito; data opera, adoleſcere patitor. Si tertia ex parte incrementum ceperint, ſive imprudens ſeverit, ſive data opera, adoleſcere patitor. At qui linum data opera ſevit, vertere tenetur.

2. Proventus autem tenetur ad ſpicilegium, prætermiſſum, & angulum: atque pauperes Iſraelitæ, & pauperes Sacerdotes legere poſſunt. Pauperes autem Iſraelitæ quod ipſi legerunt, Sacerdotibus vendere debent juxta primitiarum valorem, & pretia illis cedunt. R. Tarphon alios legere vetat præter pauperes Sacerdotes, ne forte per oblivionem ad os ſuum referant. Dixit illi R. Akiba, Si ita, nec alii legere debent, quam qui mundi ſunt.

3. Tenetur etiam ad decimas, & ad decimas pauperum, quas pauperes Iſraelitæ pariter & Sacerdotes pauperes ſumant. Pauperes autem Iſraelitæ ſuam partem Sacerdotibus vendant juxta primitiarum valorem, & pretia illis cedant. Flagellis excutere optimum eſt: ſi quis vero triturare malit, quomodo faciet? Corbes appendat collo jumenti, atque indat frumentum ejuſdem generis: ita nec jumento os obſtrinxerit, nec primitias in pabulum dederit.

4. Quod naſcitur ex primitiis, pro primitiis habetur; & quod indidem naſcitur, profanum æſtimatur. Verum quod naſcitur ex re illibata, ex decimis primis, ex reſtibilibus anni ſeptimi, ex primitiis frugum extranearum, ex re primitiis infecta, ex primitivis, profanum eſt. Quod naſcitur ex re conſecrata & ex decimis ſecundis, profanum eſt: illa autem redimunt tempore ſementis.

5. Si inter centenas [1] liras primitiis conſitas, unica ſit frugum profanarum,

[1] *Liras.*] Maimonidi לגנרת eſt אכם למוצע מירוע מן שארץ *nomen ſpatii alicujus ſoli quod frugibus obſcritur*: & in commentario pro eo ſubſtituit Arabicum הקעה *arealam*. R. Tanchumo ſignificat שלכ שלי יכטה שחראת *ſulcum ab aratro prociſſum*. Addit ita etiam Arabice denotare לגנרת. Sed id apud Lexico-graphos Arabas non reperio. Duntaxat Mohammedes Phiruzabadius exponit الجنة الجماعة يجتمعون في الامر ويرضونه *cœtum hominum, quibus convenit de eadem re, eamque gratam habent* Metaphora fortean ab ordinata frugum ſerie in arvo. Huc autem ſcis, quod in Chaldæo Paraphraſte Eſai. XXVIII. 25. in Bibliis Hiſpanicis legitur הא כזרעי חטין על לגנין, *ut ſerunt triticum in liris*: melius multo quam

fanarum, universæ licitæ censentur in re cujus semen perit. In re autem cujus semen non perit, si vel inter centenas frugum profanarum unica existat primitiarum, omnes illicitæ fiunt.

6. Quod nascitur ex re illibata, licitum est si semen ejus pereat; si semen non pereat, etiam quod ex enatis renascitur illicitum habetur. Quodnam est illud cujus semen non perit? [1] Arum utique, allium, cæpæ. R. Juda autumat allium hordei esse instar.

7. Is qui runcationi operatur apud alienigenam in bulbis, quantumvis fruges ejus pro re illibata habeantur, ex iis tamen comedere potest pro re nata. Plantas primitias pollutas si quis panxerit, ita mundæ evadunt ut non polluant; esu tamen illicitæ sunt, nisi succiderit quicquid edule est. R. Juda dicit, nisi secunda vice succiderit.

CAP. X.

1. CÆpam si quis integram in lentes indiderit, licet; si conscissam, reputari debet an saporem conferat. Reliquis omnibus pulmentis sive integra adjiciatur, sive conscissa, æstimari debet an saporem conferat. R. Juda in [2] alecem indere permittit, quia id non alio fit quam fœtoris adimendi causa.

2. Si quis pomum concisum in farinæ massam indiderit, ita ut acescat, illa utique illicita fit. Si hordeum ceciderit in aquæ puteum, utcunque putruerint, aqua licita habetur.

3. Si

quam quod alii codices præferunt, על בייר *loco inculto*; neque enim quisquam elegerit triticum loco inculto serere, neque id patitur loci sensus. Lexicographi autem Elias & Aquinas על לגנין afferunt ex hoc loco. Elias etiam addit, se nescire quid significet.

1 *Arum utique &c.*] Omnia nempe bulbosa.

2 *Alecem.*] Ita interpretor צחנה. Est autem צחנה Arabum صحناة vel صحنا, cujus paraturam sic tradit Ebn Jazla.

وصنعتها ان يوخذ السمك
السمين فيقطع ويترك بغير
ملح ثلثة ايام ثم يطرح معه
الملح في خابية ويضرب بخشبة

فن كل يوم حتي ينسحق
وينماع ثم يصفا لينهب شوله
ويرفع في اناء نظيف

Confectio ejus sic est: Sumuntor pisciculi pingues, iique conciduntor, sinuntorque sine sale per triduum. Deinde inditor cum illis sal in fideliam, atque teduntor rude quotid.e, dum atterantur & liquefiant. Deinde percolator, ut abscedant spinæ, atque in vase puro reponitor. Ita ille. Nec aliter fere Davides Antiochenus, qui & illud addit,

لا تعرف الا بالعراق

non alibi agnosci quam in Eraea, vel Chaldæa; licet ab Ægypto etiam afferatur ejusdem fere generis quod dicitur ملوحة *salsamentum.*

1 *Semen*

3. Si quis panem calidum clibano extractum, ori dolii vini primitii ſuperimpoſuerit, R. Meir vetitum cenſet: R. Juda licitum habet: R. Joſes licitum agnoſcit, ſi triticeus ſit; illicitum, ſi hordeaceus, quia hordeum humorem attrahit.

4. Si clibanus ſuccenſus ſit cymino primitio, atque eo excoctus panis, panis licitus habetur, quia non habet ſaporem cymini, ſed duntaxat odorem ejus.

5. Si fœnugræcum inciderit in lacum vini, ſive de primitiis ſit, ſive de decimis ſecundis, *reputari debet* an in eo tantnm ſeminis ſit, quantum ſaporem conferat, & non etiam calami. Si de frugibus anni ſeptimi ſit, de miſcellis vineæ, vel de re conſecrata, *reputari debet* an in ſemine & in calamo tantum ſit, quantum ſaporem conferat.

6. Si quis habeat faſciculos fœnugræci ex vineæ miſcellis, uſtulantor. Si habeat faſciculos fœnugræci rei illibatæ, contundito, & computato quantum ſeminis contineant, atque [1] ſemen ſeparato; non autem neceſſe eſt calamum ſeparare. Si ſeparaverit, ne dicat; Contundam, atque calamum mihi ſumam, ſemen autem dabo: verum calamum cum ſemine una dato.

7. Olivas profanas cum primitiis olivis condire, ſive contuſas profanas cum contuſis primitiis, ſive contuſas profanas cum integris primitiis, ſive in jure primitio, non licet. Integras autem profanas cum primitiis contuſis licet.

8. Si piſce immundo cum mundis una condito, orcæ cuicunque, quæ duo capiat ſata, inſit pondus decem drachmarum [2] Judææ, quæ quinque Galilææ tetradrachmis æquipollent, piſcis immundi, liquamen ejus vetitum cenſetur. R. Juda ita cenſet, ſi quartarium efficiat de binis ſatis: R. Joſes, ſi partem ſextam decimam.

9. Locuſtæ immundæ ſi cum mundis una condiuntur, liquamen earum non vitiant. [3] Teſtatum fecit R. Sadocus de locuſtarum immundarum liquamine, quod mundum eſt.

10. Quæcunque una [4] condiuntur licita ſunt, niſi ſi quid cum [5] bulbo. Si bulbus profanus cum bulbo primitio, vel olus profanum

1 *Semen ſeparato.*] Quantum opus eſt in decimarum decimas.

2 *Judæa, quæ quinque Galilææ &c.*] Siquidem monetæ Judææ ad Galilææ monetam valor duplus. Vide Chetub. V. 9.

3 *Teſtatum fecit.*] Vide Edai. VII. 2.

4 *Condiuntur.*] Cum hæc Miſna contraria videtur illis Shebiith VII. 7. IX. 5. Jomtobus pro נכבשים *condiuntur* legi mavult נשלקים *elixantur*, ut in ſequenti paragrapho, atque eo pertinere arbitratur Talmudis Hieroſolymitani autoritatem.

5 *Bulbo.*] Quid ſit חסירת ſic nos docet Toſaphta Terum. IX. אלו הן מיני חסירת הלוף והשום והבצלים והקפלוטורת רבי יהודה אומר אין לך מיני חסירות אלא קפלוט בלבד

Iſta ſunt חסירת *ſpecies; arum, allium, capa, & porra capitata. R. Juda negat aliàs eſſe eorum ſpecies præter porra capitata duntaxat.* Vox adeo חסירת *porrum capitatum* unice denotat R. Judæ. Juxta alios ad reliquos omnes bulbos, qui edules vulgo habentur, extenditur.

1 *Braſſi.*

num cum bulbo primitio, illicitum fit. Verum bulbus profanus cum olere primitio, licitus.

11. R. Joſes autumat, quæcunque elixantur cum blitis, pro vetitis haberi, quia illa ſaporem impertiunt. R. Simeon exiſtimat vetitam eſſe [1] braſſicam agri rigui cum braſſica ſiccanei campi elixam, quia illa humorem attrahit. R. Juda licita arbitratur quæcunque una coquuntur, niſi ſit cum carne. R. Johannes Nurii filius jecurem aliam vetitam reddere, ipſum vero non vetitum fieri aſſerit, quia humorem quidem excernit, non autem attrahit.

12. Si ovum condimentis illicitis condiatur, etiam vitellus vetitus cenſetur, quia is attrahit. Jus quo elixæ ſunt primitiæ, vel conditæ, Laicis vetitum eſt.

CAP. XI.

1. PAlatham vel caricas in muriam indere non licet, quia id illas conſumit. Vinum autem in muriam indere licet. Oleum aromatibus condire non licet: œnomeli autem ex vino facere licet. Vinum primitium non licet decoquere, quia id illud imminuit. R. Juda permittit, quia id illud melius reddit.

2. Quod attinet ad dactylorum mel, ad vinum malorum, acetum uvarum brumalium, & ad reliquos omnes fructuum primitiorum ſuccos, R. Eliezer obligat ad ſortem & quintam. R. Joſua liberat. R. Eliezer etiam liquoris nomine eadem polluendo eſſe autumat. At vero R. Joſua; Non ſic enumeraverunt Sapientes ſeptem liquores, [2] ut ſolent aromata: vernntamen dixerunt; Septem liquores polluendo ſunt, reliqui omnes mundi.

3. Non licet facere de dactylis mel, nec de malis vinum, nec acetum ex uvis brumalibus, atque reliquos omnes fructus non licet à natura ſua pervertere, ſi primitiæ ſint, vel decimæ ſecundæ, præter olivas & uvas duntaxat. Non luunt quadraginta plagas propter fructus

1 *Braſſicam agri rigui &c.*] De שמיא & בעל fuſe jam egimus ad Shebi. II. 9. Adduximus ibi Abdallæ Ravahidæ verſum ex Jauhario in بعل, & lectionis varietatem Jauhario ibi notatam repræſentavimus. Idem Jauharius eundem verſum à Secchitide Grammatico laudatum aliter citat in اثا, ad hunc modum:

هنالك لا ابالي نخل بعل ولا سقي وان عظم الاثا.

Hic non mihi curæ ſunt agri rigui vel ſiccanei palmæ, quantumvis largus ſit proventus. Si verſum recte citat Secchitides ſummæ autoritatis Grammaticus, plane habemus بعل & سقي vocabulis & ſenſu cum Miſnæ noſtræ שמיא & בעל convenientia.

2 *Ut ſolent aromata.*] Id eſt, rudi Minerva, & parum accurate.

1 *Capri-*

fructus novellos, nisi propter id quod ex olivis & uvis elicitur. Neque licet liquores in primitiva adducere, nisi pro eo quod ex olivis & uvis elicitur. Neque aliud polluit liquoris ratione, præter illud quod ex olivis & uvis fit. Neque aliud in altare offerri licet, quam id quod ex olivis & uvis fit.

4. Ficuum & caricarum petioli, [1] caprifici, & siliquæ, quæ è primitiis sunt, illicita habentur Laicis.

5. Fructuum primitiorum nuclei, si quis eos servare velit, illiciti habentur; si projecerit, liciti. Atque ita ossa sacrorum, si quis ea servare velit, illicita censentur; si projecerit, licita. Acus licitum est. Furfures novarum frugum illiciti, veterum liciti. Fruges autem primitias [2] eodem modo tractare licet ac profanas. Qui pollinis cabum unum vel alterum de sato secrevit, non debet reliquum abolere; quinimo in loco casto recondito.

6. Si quis triticum primitium ex apotheca sustulerit, non obligandus est considere, & grana sigillatim sublegere. Verum sufficit everrere de more, ut ibidem reponat fruges profanas.

7. Atque ita effuso olei dolio non obligandus est considere, & manu extergere. Verum pariter se gerere debet ac in re profana.

8. Si

1 *Caprifici.*] Quod hic & Oketz. I. 6, legitur הכלוסים vel הכלוסין, Maimonides ficus quoddam genus denotare arbitratur. Poterit quis suspicari Græcum, esse ἄωλος. Est autem ἄωλος glans iligna & phellodryina. Adeoque idem esset cum eo quod cum ℵ præfixo legitur in Gemara Babylonica Abo. 2a. 14, a. אכלוסין, ואיצטרובלין ומוכסין, ἄωλοι, ἡ βάλανος, ἡ μύξα. Ita enim legendum; non אלכסין, ut in vulgatis codicibus, vel אלכוסין, ut in Tosephoth ad Shebu. 12. b. Nathanis Lexicon אכלנון inde habet, quod prope accedit; & literarum ordo plane lectionem nostram firmat. Sed cum in Gemara Babylonica Chol. 67. b. legam את הזיון שבערשין ואת היתושין שבכליסי *curculiones* vel *cimices*, *qui in lentibus*, & *culices*, *qui in* כליסין; non dubito affirmare כליסין *caprificos* esse. Quod autem ad vocem כלסין, non dubito quin mendose ita scribatur pro בלסין. Certe بلس apud Arabum medicos reperio pro ficus quadam specie. Jauhario etiam exponitur شي يشبه التين يكثر باليمن *res ficui similis, frequens in Arabia felici.* Æthiopibus eadem vox ficum vulgarem denotat. Hinc etiam بلس plurale à بلاس apud eundem Jauharium in illo Arabum voto, اراشيك اللهم علي البلس *Supplex in te vultum defigo, Deus, pro* بلس: si ille bene exponit, significat غرائر كبار من مسوح يجعل فيها التبن *saccos grandiores è cilicio, quibus reconduntur ficus.* Male hic Golius in suo codice pro التبن *ficus* legit التبن *stramen.* Quod idem mendum & in voce غرارة admisit. Id exponit ex Jauhario *Saccus magnus, in quo stramen defertur solent.* Legebat siquidem التبن. Sed & hic in optimo & vetustissimo meo codice recte legitur التين, quod *ficus* notat. Inde etiam Jauharius hac voce غرائر utitur in alterius expositione. Vereor tamen ne & ipse Jauharius decipiatur in expositione istius Arabum voti, ubi vox البلس forsan non tam saccos ficarios, quam ipsas ficus denotat.

2 *Eodem modo tractare.*] Nempe cribrare licet, & furfures projicere, qui esui inepti sunt, pariter ac in frugibus profanis. Ita Maimonides.

1 Obsan-

8. Si liquore de cado in cadum transfuso secutæ sint tres guttæ, rem profanam in eundem indere licet. Si in latus inclinatus humorem remiserit, is pro primitiis habetur. Quantum inesse debet primitiis decimarum ex re dubia desumtis ut ad Sacerdotem deferri debeant? [1] Octantis octans.

9. Viciarum primitiis pascere licet pecudes, feras, gallinas. Israelita, qui mercede conduxit vaccam Sacerdotis, eam pascere potest viciarum primitiis. At Sacerdos, qui mercede conduxit vaccam Israelitæ, quantumvis ad illum spectat pabulum præbere, non tamen eam pascet viciarum primitiis. Israelita [2] qui vaccam partiariam à Sacerdote redemit, non eam pascet viciarum primitiis. At Sacerdos qui vaccam partiariam ab Israelita redemit, illam pascere potest viciarum primitiis.

10. Lucernam accendere licet [3] oleo combustionis in Synagogis, & in Scholis, & in angiportubus tenebrosis, & apud infirmos [4] præsente Sacerdote. Si Israelitæ filia nupta sit Sacerdoti, atque ad patrem commeare solita, pater illa [4] præsente accendere potest. Accendere licet in domo nuptiali, non autem in funesta. Ita R. Juda. R. Joses in domo funesta licere vult, non autem in nuptiali. R. Meir utrobique vetat. R. Simeon utrobique permittit.

1 *Octantis.*] Mensura quæ שמינית *Octans* dicitur, est octava pars Logi.

2 *Qui vaccam partiariam &c.*] Quid significet verbum שם sic nobis aperit Maimonides: הו אן ישתריהא לישראלי מן לכהן בתמן מעלום ויתפק מעה אן יעלפהא לישראלי לי שוקת שלאני ויביעאנהא פמא זאר עלי הדא שתמן פהו בינהמא נמיעא *Id hoc significat, ut Israelita vaccam emat à Sacerdote certo pretio, & cum illo paciscatur, ut ipse Israelita eam pascat ad certum tempus, atque tunc ambo eam vendant, & ut quanto pluris vendatur, id inter illos communicetur.* Bertinorius: ישראל ששם פרה מכהן שקבל פרה מכהן בשומא כפי מה שהיא שוה עכשיו כך וכך דמים ויטפל בה ישראל לפטמה ומה שהשביח על השומא יחלקו הריוח ביניהם. *Israelita* ששם פרה מכהן, *id est, qui redemit vaccam à Sacerdote valore taxato, juxta id quod jam valet, tali, vel tali pretio; ea lege, ut curam ejus gerat Israelita, ut saginetur; lucrum autem quod supra taxatum valorem accesserit, ipsi inter se dividant.* Tale est illud Juris Justinianei, l. 13, sect. 1, D. De præscript. *Sed si puerum docendum, vel pecus pascendum tibi dedero, vel puerum nutriendum, ita ut, si post certos annos veniisset, pretium inter nos communicaretur.* Illud autem, ששם פרה מכהן verto, *qui vaccam partiariam à Sacerdote redemit*; verba secutus Imp. Antonini ad A. Mucatraulium, l. 8, C. De pactis. *Si pascenda pecora partiaria (id est, ut fetus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum & pastorem dividantur,) Apollinarem suscepisse probabitur.* Hoc significat verbum שם, tum hic, ubi construitur cum מ, tum Ba. metz. 69. *a.* ubi construitur cum ל. השם בחמר לחבירו עד מתי חייב לטפל בה *Qui pecus partiarium ab alio acceperit, quamdiu eidem curam impendere tenetur?* quod non intellexit Buxtorfius in טפל. An hoc sit pactum, quod Lev. VI. 2, vocatur תשומת יד, quod LXXII Interpretes κοινωνίαν exponunt, Chaldæi ירא שותפות, & Syrus



manus consociationem, non ausim affirmare.

3 *Oleo combustionis.*] Ita vocant oleum primitium pollutum, quod usurpari solet à Sacerdote ad lucernas accendendas, usui ineptum.

4 *Præsente.*] Vel *annuente.* Ita enim Maimonides. עין אומנה חתי יביח לנא לדלך *cum illius venia, si permiserit id nobis.* רשות utrumque significat, *præsentiam*, & *impetratam veniam.*

TITU-

TITULUS VII. MAASEROTH, *SIVE* DE DECIMIS.

CAP. I.

1. REGULA generalis traditur de decimis: Quicquid in eſcam cedit, & cuſtoditur, & incrementum habet è terra, ad decimas ſolvendas tenetur. Porro alia etiam traditur regula: Quicquid ab initio & in fine etiam eſui idoneum eſt, quantumvis ſervari ſolet ut eſca incrementum capiat, illud tenetur & dum parvum eſt, & cum grande evaſit. Quod autem ab initio edule non eſt, tandem vero in eſcam cedit, id non tenetur donec eſui idoneum fiat.

2. Undenam occipiunt fructus ad decimas ſolvendas teneri? Ficus ex quo ſucco turgeant. Uvæ & Labruſcæ ex quo vinacea oſtendant. Rhus, & mori ex quo rubeſcant. Atque omnes adeo rubri ex quo rubeſcant. Mala punica ex quo liqueſcant. Dactyli ex quo [1] fermentum ſpargant. Mala perſica ex quo fibrillis ſcateant. Nuces ex quo [2] arcam fecerint. R. Juda autumat: Nuces & amygdalæ ex quo corticem duxerint.

3. Siliquæ ex quo maculoſæ fiant. Atque omnia nigra ex quo maculoſa fiant. Pyra, cruſtumina, mala cydonea, & ſorba ex quo glabreſcant. Atque omnia alba ex quo glabreſcant. Fœnugræcum cum jam adoleſcere poteſt. Frumentum & olivæ ex quo tertia ex parte maturuerint.

4. Cucumeres & cucurbitæ, melones & melopepones inter olera, atque etiam mala & mala citrea tenentur & cum grandia evaſerint, &

1 *Fermentum ſpargunt.*] Maimonides: מנוֹ תסתרכי ותרבוא כאלכבז שלמתמר לאן כולך תכון האלוה שלתמר ענר שלנצב *Ex quo lenteſcunt, atque intumeſcunt panis inſtar fermentati; ita enim ſolent matureſcentes dactyli.*

2 *Arcam fecerint.*] Maimonides: סנוֹ ינפצל שלעם מן שקשר שלבראני ויציר שלעם כאנה פי מגורה והי שלמכזן *Ex quo nucleus ab exteriore cortice ſeparatus tanquam in* מגורה, i. e. *in area jacet.*

1 *Arca.*]

& dum parva adhuc ſunt. R. Simeon mala citrea dum parva ſunt excuſat. Quicquid obligatur in amygdalis amaris, id immune habetur in dulcibus: & quod in dulcibus obligatur, id immune habetur in amaris.

5. Quænam eſt [1] area eorundem quoad decimationem? Cucumerum & cucurbitarum area eſt ex quo tomentum abradatur; & ſi non omnino abradatur, ex quo in acervum cogantur. Melonum, ex quo lanugo defricetur; & ſi non omnino defricetur, ex quo in tabulato diſponantur. Oleris vinciri ſoliti, ex quo vinciatur; & ſi non vinciatur, ex quo plenum colligatur vas; & ſi plenum vas non colligatur, ex quo colligatur quantum opus eſt. [2] Caniſtri, ex quo contegatur; & ſi non contegatur, ex quo vas plenum ſit; & ſi vas non repleatur, ex quo decerpatur quantum opus eſt. Quo ſenſu dicuntur iſta? De eo utique qui in forum defert. At ſi quis domum defert, iis veſci licet pro re nata dum domum ventum ſit.

6. [3] Granatorum aridorum, uvarum paſſarum, & ſiliquarum area eſt, ex quo in acervum cogantur. Cæparum, ex quo [4] caules auferantur; quæ ſi non auferantur, ex quo in acervum cogantur. Frumenti, ex quo perpoliatur; & ſi non perpoliatur, ex quo in acervum congeratur, Leguminum, ex quo cribro excuſſa ſint, quod ſi non fiat, ex quo perpoliantur. Perpolitis demum licet tamen ſumere de granis ab acervo divulſis, de iis quæ ſunt ad latera, & de iis quæ in ſtramine latent, atque illis veſci.

7. Vini area eſt, ex quo deſpumatum ſit. Quantumvis deſpumatum ſit, tamen è ſummo torculari, atque è canali exceptum bibere licebit. Olei, ex quo diffluat in lacum. Quantumvis diffluxerit, licet tamen è fiſco, vel ab orbe, vel de regulis detractum [5] libo affundere, vel patinæ, non autem ollæ bullienti, vel lebeti. R. Juda rei cuili-

1 *Area.*] Area proprie frumenti eſt: ſed tranſlato loquendi genere & ad alios fructus accommodatur, quo ſenſu ſignificat גמר מלאכתן *ultimum circa eos opus*, quod in frumento elaborando in area fieri ſolet, vel tempus quo jam eſui prorſus fiunt illiciti niſi perſolutis prius decimis. Nec ad fructus ſolummodo transfertur hæc locutio, ſed etiam ad pecora, ut ſignificet tempus quo decimari debent. Vide Shek. III. 1.

2 *Caniſtri.*] Ficitoris, vel pomorum leguli.

3 *Granatorum aridorum.*] Quid ſit פרך optime conſtare videtur ex Toſaphta Terum. III. התורם ענבים לעשותן צימוקין תאינים לעשותן גרוגרות רמונין ועתיד לעשותן פרך *Qui primitias delibat ex uvis, ut paſſas faciat, ex ficubus ut caricas faciat, & ex granatis,* פרך *facturus, &c.* Eſt adeo פרך in malis punicis, quod in uvis paſſis, & in ficus caricæ. In Toſaphtæ quidem editionibus quas habemus, pro פרך legitur פרי. Sed omnino legendum פרך; atque ita ibi R. Samſon. R. Nathan non diſſimilem locum adducit ex Toſaphta Shebiith. מפרדין רימונים לעשות פרך. *Granata ſeponentes ut fiat* פרך. Vide Orla III. 8. Oketz. II. 6.

4 *Caules auferantur.*] Culmi lini à Pſeudo jonathane Exod. IX. 31. vocantur פוקלין. Hinc פקל, *culmos* vel *caules avellere & abrumpere*, quod hujus loci eſt. Quod interpretum plerique volunt, idem denotare quod קלף, id autoritate caret. Quod alii, ut ſignificet *cæpas in fune vel reſti componere*, id ferri omnino nequit altero illo loco Oketz II. 5. ubi eadem vox occurrit.

5 *Libo.*] Maimonides חמיטרא hic pro vaſe habet: hoc eſt pro placenta patinam ſumere. Vide Tebul yom, I. 1, 2, & II 4.

cuilibet affundere permittit, præterquam ei, cui admiſtum eſt acetum vel garum.

8. Orbiculi palathæ area eſt ex quo oblitus ſit. Ficuum autem, vel uvarum illibatarum ſucco oblinere licet. R. Juda vetat. Uvarum ſucco oblitus non ideo ad pollutionem diſponitur. R. Juda diſponi cenſet. Caricarum area eſt ex quo inculcentur; arcæ [1] ex quo paviculis coæquetur. Si inculcato dolio & coæquata arca, illud effractum ſit, hæc autem [2] adaperta, inde non veſci licet pro re nata. R. Joſes permittit.

CAP. II.

1. SI quis per forum tranſiens clamet, *Sumitote vobis ficus*, qui comederint immunes ſunt. Propterea ſi in ædes invehant, perficere debent tanquam rem certo illibatam. *Sumitote, & in ades veſtras portatote*; illis non licet veſci pro re nata. Propterea ſi domum portaverint, non tenentur aliter perficere quam ut rem dubiam.

2. Si conſidentibus quibuſdam in porta vel in taberna clamatum ſit, *Sumitote vobis ficus*, comedentes immunes habentur. Ipſe autem portæ vel tabernæ dominus tenetur. R. Juda immunem pronunciat, niſi faciem converterit, vel ſedem mutaverit.

3. Si quis fruges deferat è Galilæa in Judæam, vel Hieroſolymam profectus, iis veſci licet, dum eo pervenit ubi tendit. Atque ita [3] in reditu. R. Meir cenſet, dum eo pervenit, ubi Sabbatum agere debet. Seplaſiariis, qui per oppida circumeunt, iis veſci licet dum eo ventum eſt ubi pernoctare debent. R. Judæ placet, primam quamque domum pro illorum domo haberi.

4. R. Eliezer vetat iis frugibus veſci pro re nata, quarum primitiæ opere nondum perfecto deſumtæ ſint. At Sapientes permittunt, excepto tamen ficuum caniſtro. De caniſtro ficuum cujus primitiæ ablatæ, R. Simeon permittit, Sapientes vetant.

5. Si quis alii ſic dixerit; *En tibi aſſarium, des mihi pro eo quinque ficus*; comedere non licet niſi perſolutis decimis. Ita R. Meir. R. Juda, ſi ſingulas comedat, immunem habet; ſi conflatas, teneri vult. Inquit

1 *Ex quo paviculis.*] Ita ſonat משיעגל, atque ita commentatores Judæi. Sed in Gemara Hieroſolymitana legitur משיגעול, quam vocem plane non intelligo. In Toſaphta etiam pro מעגל, quod mox ſequitur, legitur מעלרה; id eſt, *Si inculcato dolio & in arcam repoſito.*

2 *Adaperta.*] Ita editi plerique cum Toſaphta נפתחה. MS נפחתה *imminuta.*

3 *In reditu.*] Nonnulli codices pro בחזירה habent ביהודה, i. e. *atque ita de Judæa*; nempe ſi de Judæa in Galilæam deferat.

Inquit R. Juda; Caſus eſt de horto roſario qui fuit Hieroſolymis, ubi ficus ternæ & quaternæ aſſario vænire ſolebant, neque de iis ullo unquam tempore ſeparatæ ſunt primitiæ vel decimæ.

6. Si quis alii ſic dixerit; *En tibi aſſarium pro* [1] *vicenis ficubus quas mihi eligam*; eligere licet, & comedere. *Pro uva quam mihi eligam*; acinos ſigillatim decerpere & comedere licet. *Pro malo punico quod mihi eligam*; grana ſigillatim eximere & comedere licet. *Pro melone quem mihi eligam*; elidere licet, & comedere. Sin autem ſic dixerit; *Pro vicenis iſtis ficubus*: *Pro duabus iſtis uvis*: *Pro duobus iſtis malis punicis*: *Pro duobus iſtis melonibus*; pro more ſuo illis veſcitur immunis, quippe qui mercatus eſt fruges ſolo adhærentes.

7. Conducente quopiam operarium ut ſecum ficus pandat, ſi ille ſic pactus eſt, *Ea conditione ut liceat mihi de ficubus comedere*, comedere tamen poteſt, & immunis erit. *Ea conditione ut comedam ego &* [2] *filius meus*, vel *ut comedat filius meus pro mercede mihi debita*, ipſe comedit immunis; filius ſi comedat tenetur. *Ea conditione ut comedam inter pandendum, & poſtquam panduntur*; inter pandendum comedit immunis; poſtquam panduntur, ſi comedat tenetur; quia non comedit [3] ad præſcriptum legis. Hæc eſt regula generalis; Qui comedit ad præſcriptum legis immunis habetur; at qui non comedit ad præſcriptum legis tenetur.

8. Qui operatur in [4] caprificis, is non comedet de ficubus albis; nec de caprificis, qui operatur in ficubus albis. Verum ſemet cohibere licet dum ad meliores perventum ſit. Si quis cum alio pactum reciprocum ineat, [5] ut ipſe comedat, & ille comedat; vel ut ipſe ficus pandat, & ut ille ficus pandat; vel ut ipſe comedat, & ille ficus pandat, tenetur. R. Juda exiſtimat eum qui pactum reciprocum inivit, quo ipſe comedat, teneri; quo ipſe ficus pandat, immunem fore.

1 *Vicenis.*] Al. *denis.*

2 *Filius meus.*] Pro ובני plerique codices habent ובני ביתי, *& familiares mei.* Sed Talmud Hieroſolymitanum & MS rectius omittunt ביתי.

3 *Ad præſcriptum legis.*] Deut. XXIII. 24. Baba metz. VII 2.

4 *Caprificis.*] Quod hic ſcribitur bis לבסין, vix dubito, quin idem ſit quod alibi כליסין ſcribitur, de quo vide quæ notavimus ad Terum. XI. 4. Certe R. Nathan in Lexico vocem לבסין minime agnoſcit. Lego ergo כבלסין.

5 *Ut ipſe comedat.*] De alterius ficubus, & ille viciſſim de ſuis.

CAP.

CAP. III.

1. DEferente quopiam ficus per atrium ut in tabulato diſponat, liberi ejus & domeſtici comedunt immunes. Operarii etiam qui cum illo ſunt, dummodo ipſe illis alimenta præſtare non debeat, comedunt immunes. Sin vero ipſe alimenta præſtare debeat, non comedent.

2. Si operarios in agrum emittat, modo ipſe illis alimenta præſtare non debeat, comedunt immunes. Si vero ipſe illis alimenta præſtare teneatur, comedere quidem poſſunt ficus ſigillatim ab arbore decerptas, non autem de caniſtro, vel corbe, vel tabulato.

3. Conducente quopiam operarium qui oleas curet, ſi ille ſic pactus eſt, *Ea conditione ut liceat mihi de olivis comedere*, comedere licebit ſingulas, & immunis erit; ſin plures ſimul comederit, tenebitur. Qui cæpinam runcet, ſi ille ſic pactus eſt, *Ea conditione ut liceat mihi olera comedere*, folia ſingula decerpere & comedere licebit; ſin plura ſimul, tenebitur.

MVSEVM
BRITAN
NICVM